Google

10
2-5

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
7M I
36

Ex Libris
PP. Dñi Xñi Collegii S.ae Mariæ in Monticellis

10.-2 B. 39.

F. TH. M. MAMACHI

CHII ORD. PRAED.

SAC. THEOL. MAG.

Et Bibliothecae Casanatensi Praefecti

VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA
IN ROMA

AD

JOH. D. MANSIUM

De Ratione Temporum Athanasianorum, deque aliquot Synodis IV seculo celebratis

EPISTOLAE IV

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ROMAE

TYPIS ZEMPELLIANIS MDCCXLVIII.

SUPERIORUM PERMISSU.

STEPHANO HILLEPRANDO

BARONI DE BRANDAU

ARCHIEPISCOPI, ET ELECTORIS MOGUNTINI

CONSILIARIO AULICO.

F. THOMAS MARIA MAMACHIUS S. D.

CUM *Epistolas de ratione temporum Athanasianorum scripsissem ad Johannem*

Dominicum Manſium, eaſque publicare inſtituiſſem, intellexeram equidem non eſſe opus tempore ac ſpatio ad cogitandum, cuinam tandem eas dicare oporteret, quod in te ſtatim oculos conjeciſſem, STEPHANE BRANDAVI, *cui uni omnium maxime & placeret, quo eſſem uſus diſputandi genus, & curae eſſe perſpicerem ſtudium tuendae dignitatis, & exiſtimationis meae. Nam etſi non patrocinio aliorum, ſed veteribus monumentis agendum in hiſce contro-*

verſiis

verſiis eſt, confert tamen plerumque patroni, qui praeſertim ingenio, rectequedijudicandi facultate praeſtet, virtus, & auctoritas, ut & benevoli objurgatores placari, & ſi qui ſunt, qui inimice inſectentur, repelli invidi vituperatores poſſint. Ac ſi alias umquam, hoc quidem tempore ea res mihi videbatur adjumento futura, cum eſſe aliquos ita paratos, atque animatos viderem, ut ſive graviter, atque vere, ſive contra actum a me eſſe accepiſſent,

reprehenderent tamen fortaſſe me, quod eum oppugnare aggreſſus eſſem, qui ſuam operam in illuſtrandis Baronio, & Raynaldo ſumma cum laude collocaſſet. Quamobrem cum inveniſſet, qui neque lapſum eum in hac cauſſa fuiſſe, neque ſi lapſus eſt, refellendum cenſerent eſſe; quaerendi etiam mihi fuerunt, qui ratione, ac veritate, non praejudicata opinione ducti, jure illum eſſe refutatum oſtenderent qui perverti ſſet omnem fere ſeculi quarti Chrono-

lo-

logiam. Itaque te mihi potiſſimum delegi, quem nobilem virum, & paternae virtutis imitatorem, & gravem, & ſtudioſiſſimum mei, cum Romae eſſes, & ad me ſaepe adire ſoleres, cognoram talem eſſe ingenio, & doctrina, qualem optare defenſorem poſſem.

Atque ut eum te mihi praeſtes, quem & volo, & ſpero patronum fore, exponam neceſſe eſt originem concertationis, faciamque te rerum omnium, quae ad illam per-

tinent, quam diligentiſſime potero, certiorem. Ediderat Manſius jamdudum ab anno 1746 *ſuam de* Epochis Conciliorum Sardicenſis, & Sirmienſium &c. *Diſſertationem. Ea cum plena eſſet errorum, impugnata eſt a me duobus* articulis, *qui inſerti Diario ſunt, quod Romae vulgatum fuit typis, ac ſumtibus Fratrum Palearíniorum. Tulit id quidem acerbe Manſius. Quare ſcripſit Apologiam, qua invectus acerbius in me eſt; quem cum dixiſſet*

invi-

invitum appuliſſe animum ad ſcribendum, tum Davũ, & infelicem Conjectorem *vocavit, quaſi vexatos ab ſe certos quoſdam viros affirmaſſem fuiſſe, ad quos ipſe, dum ſuos adverſarios inſectaretur, ne cogitationem quidem advertiſſet. Poſt ubi concidit laceravitque me contumelia, deſcendit ad eam quae inter nos praecipua erat de* Anonymo Maffejano, deque Sardicenſi Concilio *diſputationem.*

Ego qui ita eſsem animo comparatus, ut con-

vicia,

vicia, & maledicta, a quocumque tandem profecta ſint, nihili eſſe pendenda putarem, quamquam habebam in promptu multa, quae plane demonſtrarent non conjectura ductum fuiſſe me, ſed certiſſimis documentis, ut Viros doctos exagitatos a Manſio fuiſſe ſcriberem, tamen cenſui eſſe praetermittenda, ne quis aut perturbatum conviciis me, aut ullo modo commotum eſſe arbitraretur. Ac fuiſſet, mihi crede, puerile, contendere indignum

me

me fuiſse injuria, detinereque Lectores in ea re, quae ad inſtitutum minime pertineret. In quo meum conſilium nemo poteſt non maxime laudare. Etenim cum vincere, ut cernis, in hoc etiam genere potuiſsem, abjeci ſimul certandi cupiditatem, oſtendique exemplo meo, pugnas ejuſmodi non perſequi modo cuiquam; ſed ne leviter quidem ſuſcipere licere. Itaque orſus continuo ſum expedire eam, quae de rebus Chronologicis nata inter

nos

nos fuerat, controverſiam. Atque eam omnem complexus quatuor Epiſtolis ſum, quas ſi, ut ceteras meas, probatas tibi, acceptaſque eſſe cognovero, judicabo & patronum in hac cauſsa mihi, & illis vindicem ac defenſorem minime defuturum. Vale.

NOS

NOS FR. VINCENTIUS MARIA

FERRETTI

Sacrae Theologiae Profeſſor,

Atque Univerſi Ord. Praed. humilis Vicarius, Procurator Generalis, & Servus.

HArum ſerie, noſtrique auctoritate officii, quantum in nobis eſt facultatem concedimus A. R. P. M. F. Thomae Mariae Mamachio Provinciae noſtrae Romanae Bibliothecae Caſanatenſis Praefecto typis edendi *Epiſtolas de ratione temporum Athanaſianorum, deque aliquot Conciliis IV. ſeculo celebratis*, & ipſo latine ſcriptas, & a duobus Theologis Ordinis Noſtri reviſas, & approbatas, dummodo ſerventur caetera de jure ſervanda. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem &c.

Datum Romae in noſtro Minervitano Conventu die 10 Aprilis 1748.

Fr. Vincentius M. Ferretti
Vicarius Generalis Ordinis.

Loco ✻ Sigilli.

Reg. pag. 89.
Fr. Th. Auguſtinus Ricchinius S. T. M.
Collegii Caſanat. Theol., & Pro-Soc.

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarſi Viceſger.

APPROBATIO.

PRaecipiente Reverendiſſimo Sacri Palatii Apoſt. Magiſtro P. Nicolao Aloyſio Ridolfo expendi librum, cui titulus: *F. Thomae Mariae Mamachii Chii Sac. Theologiae Magiſtri Ordinis Praedicatorum Bibliothecae Caſanatenſis Praefecti ad Johannem Dominicum Manſium De Ratione Temporum Athanaſianorum, deque aliquot Synodis IV. Seculo celebratis Epiſtolae*: Cumque in eo ſolidam, & minime vulgarem ἐγκυκλοπαιδείαν, miram in expediendis rebus difficillimis facilitatem, atque in iis illuſtrandis, quae per ſummam inſcitiam errorum tenebris obruta fuerant, μέθοδον accuratiſſimam perſpexerim ſingulari cum dicendi elegantia, ac lepore conjunctam, neque in eo quicquam contra jus, falſque ſcriptum; publica luce, ac commendatione digniſſimum cenſeo.

Franciſcus Marianus Vatic. Bibliothecae Scriptor Graecus.

APPRO-

APPROBATIO.

LIbrum, cui Titulus, *De ratione temporum Athanaſianorum, deque aliquot Synodis IV. ſeculo celebratis Epiſtolae* a Viro Clariſſimo F. Thoma Maria Mamachio Ordinis Praedicatorum, Sacrae Theologiae Magiſtro, ac Bibliothecae Caſanatenſi Praefecto eleganti ſtylo conſcriptum, atque omnigena Eruditione refertum, quum juſſu Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtol. Magiſtri F. Nicolai Aloyſii Ridolfi ejuſdem Ordinis diligenter expenderim, conſonum plane reperi non modo Catholicae Fidei, ſed & Eccleſiaſticae Hiſtoriae veritati, quam Auctor praeſtantiſſimus egregie tuetur, & ab impoſturis & novitatibus Scritorum vindicat, doctrinae Veterum Patrum ſemper adhaerens, atque probatis Eccleſiaſticis monumentis. Quamobrem Opus ipſum docte ſolideque a laudato Mamachio concinnatum dignũ cenſeo ut quantocius publica luce donetur.

Datum Romae in domo Oratorii S. Hieronymi Caritatis die XXIV. Aprilis MDCCXLVIII.

Joſephus Catalanus ejuſdem Oratorii Presb.

APPROBATIO.

OBſequor Rmo Patri Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro. Quatuor meae cenſurae concreditae Epiſtolae, quibus titulus: *De ratione temporum Athanaſianorum, deque aliquot Synodis IV. Seculo celebratis*; publicae luce donari mereantur, ſincere pronuncio. In iis (quantum aſſequi diligenti lectione valui) religioſiſſimus, & ſapientiſſimus Auctor, novum ſingulare decus, & or-

ornamentum inclyti Ord. Prædnimirum P. *Thomas Maria Mamachius*, Chius, Sac. Theol. Mag. & Bibliothecae Caſanat. Praefectus, cum Pugile clari nominis congrediens eumdem probe pulſat, verſat inſigniter, & in anguſtiſſimum adducit: quaeſtiones (cauſſas, materiemque concertationes) varias plerumque, ac disjunctas, obſcuras ſaepe, atque difficiles, adeoque nec juſtae methodo, nec ſuaviloquentiae pares, eximie diſponit, & admiranda perſpicuitate, incredibilique lepore, elegantia, & puritate ſermonis explicat: ſed quod praeſtabilibus, de ſingulis, illa potiſſimùm tot recentiorum Scriptorum diſſenſionibus nobili, quae eſt de anno habiti celeberrimi Concilii Sardicenſis, aliiſque affinibus non levis momenti quid ſentiendum, excuſſa ad ſeverioris Critices praeceptiones Veterum plerorumque auctoritate, ſolidiſſimè, non minus, quam eruditiſſime demonſtat; unde certe ampliſſima lucis acceſſio illuſtribus magni Athanaſii geſtis, & univerſae felicioris Eccleſiae ſeculi Chron-hiſtoriae. Eapropter digniſſimae ſunt, quae typorum opera prodeuntes in publicum, manibus verſentur omniũ, praeſertim ſacrae profanaeque cujuſvis Scientiae ſtudioſorum. Id ego cenſeo de Mamachianis Epiſtolis, quibus cetero nec me legiſſe teſtor Opus orthodoxae Fidei, & ſanctioris Ethices inſtitutis conformius, nec eo ſcriptionum genere limatius, atque perfectius. Romae XXV Junii MDCCXLVIII.

Petrus Morettus Canon. inſignis Baſilicae S. Mariae Tranſtyberim.

IMPRIMATUR,

Fr. Nicolaus Ridolfi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Praed.

EPI-

EPISTOLA I.

ARGUMENTUM.

Respondet litteris Manſii, ſibique gloriae eſſe dicit, quod habeat in ſua familia excellentes viros, quos ſequi Auctores poſſit. Itaque promittit ſe illos imitaturum. Exponit deineeps praecipuae, quae inter ſe, & Manſium orta eſt, controverſiae rationem. Anonymum qui in cauſſa fuit, cur Manſius omnem quarti ſeculi chronologiam perverteret non recte, ait, Maffejanum eſſe appellatum. Negat porro hunc tam eſſe veterem, quam Maffejus, & Manſius putaverunt. Theodoſium Codicis Veronenſis Scriptorem pugnat ſeculo nono antiquiorem non eſſe. Addit quid ſentiendum ſit de aetate Interpretis, qui fragmentum

Maffejanum *transtulit in Latinum Sermonem. Redit ad Anonymum. Censet hunc* ῥαψῳδὸν *potius, & consarcinatorem aliquem, quam historicum fuisse. Quod si fuit Historicus, tamen eum neque aequalem fuisse Athanasio, neque supparem. Ejusmodi enim qui fuisset, non potuisse ita, ut is discrepat, ab Athanasio, ceterisque insequentium temporum Scriptoribus discrepare. Quamobrem ejus errores multos recenset, refellitque pleraſque Mansii observationes. Agit ergo de reditu Athanasii Alexandriam post Gregorii Cappadocis mortem: De Hypatio & Catulino, quos Anonymus eodem anno Consules fuisse scribit: De Eusebii Nicomediensis interitu, deque exiliis Pauli Episcopi Constantinopolitani: De anno quo ordinatus Macedonius Episcopus est: De Eudoxio Germaniciae, post Antiochiae, inde Constantinopolis Episcopo: De Exilio Pauli Constantinopolitani in Armeniam: De Constantio Imperatore num. an. 343, vel 344. mense Majo Mediolani esset: De Epistolis a Montano Palatino redditis Athanasio: De Montano rursum, deque Diogene Notario: De minutis quibusdam erroribus Anonymi:*

De

De Georgio invaſore Sedis Alexandrinae: De ſeditione Alexandrinorum in Georgium, deque hujus reſtitutione, & caede: De terremotu, quo Urbes Nicomedia, & Nicaea concuſſae fuerunt: De morte Artemii Ducis AEgypti: De Meletio, Euzojo, & Paulino Epiſcopis Antiochenis: De Gerontio AEgypti Praefecto, ejuſque Edicto, quo Athanaſium Alexandriam revocavit: De Praecepto Juliani, quo reſtituendis idolis & Neocoris, quae ipſis a Chriſtianis erepta eſſent: De fuga Athanaſii ſub Juliano: De Theren, *quem locum fuiſſe, in quo tum ſe Athanaſius abdiderit, ſcribit Anonymus: De Olympo AEgypti Praefecto: De Juliani morte, deque tempore quo nunciata illa Athanaſio fuit: De reditu Athanaſii poſt Juliani necem Alexandriam: De itinere Athanaſii Antiochiam, ut ad Jovianum adiret, deque reditu ejuſdem in Patriam: De rebus ab Eudoxio Conſtantinopoli geſtis, & num an.* 364 *habita fuerit Synodus Arianorum in ea Urbe: De factis quibuſdam Lucii Presbyteri Alexandrini: De tempore, quo Valentinianus, & Valens potiti imperio ſunt, deque Valentis contra Orthodoxos edicto:*

De Flaviano AEgypti Praefecto: De Tatiano AEgypti Auguſtali: De perſecutione in Athanaſium Valentis tempore: De Athanaſii morte. Poſt ubi de his omnibus diſputavit, vim nullam ineſſe oſtendit conjecturae, qua uſus Maffejus eſt, ut Anonymum circa an. 389 floruiſſe efficeret.

THO-

THOMAS MARIA MAMACHIUS J. DOMINICO MANSIO

V. C. S. D.

I.



EGI tuas litteras, quibus me hortare, ut quoniam contra te rursum instituí scribere, imiter exempla meorum. Ego vero etsi dictum id abste esse maledicendi voluntate certo scio, sum tamen ita comparatus, ut id non patiar modo, sed putem etiam esse gloriosum mihi. Nam est summae gloriae, mihi crede, habere multos e nostra familia me in omni facultate excellentes viros, quos auctores sequi & debeam, & vero, si velim, possim. Neque id ego arroganter dico. Quod enim verum, atque testatum est, id si lacessitus, mihi assumo, videor mihi ipsi jure quodam meo vendicare. Itaque geram tibi morem, atque sic tecum agam, ut eorum, quorum

Gloriae sibi ducit, quod habeat in sua familia excellentes viros, quos sequi auctores possit. Itaque irridenti Manſio respondet, curaturum se ut eorum sit & discipulus & imitator.

me esse cupis, imitatorem, atque discipulum possis agnoscere. Quamobrem liberabo continuo quam dedi fidem, veniamque ad eam, quae nata inter nos est, concertationem. Res autem haec erat.

Exponitur ratio controversiae de Sardicensi Concilio.

II. Statueras tu quidem sequutus Anonymum Maffejanum (1), anno 344, vel 345 ineunte, fuisse habitam Synodum Sardicensem. Inde quasi novi aliquid nactus esses, quamobrem te primis rerum inventoribus annumerari oporteret, perverteras omnem rationem temporum Athanasianorum. Ego contra qui antiqua & pervulgata quae (de illa ipsa Synodo an. 347 Consulibus Rufino, & Eusebio celebrata) sunt, nisi gravissimis argumentis rejici nullo modo posse existimassem, sumseram veteris, omniumque Chronologorum consensu probatae sententiae defensionem. Atque eo sane ad illam tuendam accesseram, quo & levissimis conjecturis impugnatam abs te, & bene esse ab Socrate, atque a Sozomeno constitutam vidissem. Quare quoniam te de gradu inventorum dejeceram, incurri in tuam offensionem. Nam collegisti

(1) Mans. *Diss. De Epoch. pag.* 1. *& seqq.* & in Apolog. §. x *seqq.*

ſti continuo te, atque ita tecum cogitaſti eſſe omnino adverſario reſpondendum. Parvi referre ſi eſſent aliqui, qui mihi cum adhaeſiſſent, lapſum te fuiſſe affirmarent. Eſſe multos, qui cum reſponſum eſſe intelligant, ſatis ſe habere arbitrentur, quin rectene an ſecus reſponſum ſit, inquirendum putent. Quod ſi grave quidquam a me eſſet prolatum, id quia omnibus exploratum non erat, praetermitti ſilentio poſſe. Nihil id eſſe mali. Viro honeſto, cui quiſquam adimere conetur gloriam, quam ille ſibi arte induſtriaque ſua pepererit, non id modo, quod leve eſt, ſed quidvis tandem, ut ſe tueatur, licere. Itaque obſequutus es ingenio tuo. Praeteriſti tacitus, quae erant in meis animadverſionibus graviora (1), ſicque jam deſpicatos habuiſti Socratem, atque Sozomenum, ut uſus etiam contra me fueris contumelia, teſte moderationis, & humanitatis tuae. Ita ſcilicet putaſti futurum, ut ego a ſcribendi conſilio deterrerer. Sed nae tu vehementer erraſti. Ego enim dum mihi veritas praeſidio ſit, quidvis feram potius, quam eſſe ſilendum

(1) Vide Epiſt. 3 §. v. & alias, quae poſt ſequuntur.

putem. Sed ut ordinè procedat oratio, dicam de *Anonymo Maffejano*, in quo tu locaſti ſententiae tuae praeſidium.

Anonymum non recte eſſe Maffejanum a Manſio appellatum.

III. Atque id illi eſt nomen beneficio tuo. Nam quod exiguam operis ab eo ſcripti partem Scipio Maffejus vir unus omnium graviſſimus, atque doctiſſimus ediditſet (1) ſatis id eſſe nemo ante te judicavit, ut dignus ille haberi poſſet hoc tanto nomine. Etenim ſi forte fortuna evenerit, ut integrum opus ab aliquo publicetur, verendum erit, ne qui dictus abs te eſt, idem aliquando dici deſinat Maffejanus. Afferre quidem te exemplum annalium, qui ſint a Lambecio editore vocati Lambeciani intelligo; quod etſi non eſt ſimile, tamen contulit, ut non ſolum in novis opinionibus introducendis, ſed in novis etiam nominibus imponendis rebus, quantum poſſes oſtenderes. Grave namque tibi erat carere te ea facultate, in qua eſſet a Platone magna pars ſapientiae conſtituta. Sed miſſa haec facio. Malo enim de auctoritate Anonymo dicere.

Non eſſe tam antiquum Anonymum,

IV. Sic autem habeto. Qui veteres in hiſtoricis, chronoligiſque rebus verſati ſunt,

(1) *Oſſervaz. Letterar. T. III. pag. 60. ſeqq.*

sunt, tantam sunt apud majores nostros gloriam consequuti, ut ab his, & celebrata eorum nomina fuerint, & tradita memoriae hominum sempiternae. Quare videmus nos quidem Julium Africanum, Hegesippum, Eusebium, Sulpicium Severum, Hieronymum, Socratem, Sozomenum, Theodoritum, Orosium, aliosque multos, quos ne sim longus praetereo, ita fuisse ab antiquis scriptoribus laudatos, ut eorum fama, atque celebritas perpetuo duratura esse videatur. Age vero quis umquam fuit, qui, non dicam ornarit laude, sed nominarit Anonymum, quem tu *Maffejanum* vocas? An est ejus a Socrate, a Sozomeno, a Theodorito, ab Evagrio, a Theodoro Lectore, a Photio, & recentiore memoria, a Nicephoro, a Suida, a Cedreno, ab aliis denique facta mentio? Quid? esse ne credibile putas, virum Orthodoxum, si & Synchronus Athanasio, & accuratus fuisset, viciſſetque posteriores historicos auctoritate, negligi omnium silentio potuisse? Longe mihi crede discrepans eorum, quos nominavi, Scriptorum ratio fuit, qui si non tolerabiles modo, sed etiam haereticos, malosque historicos, ut Sabinum Macedonianum,

quam Mansui arbitratur.

num, ut Philoſtorgium Arianum, ut Novatianum Sozomenum memorarunt, non commiſiſſent profecto, ut graviſſimi, excellentiſque in eo genere hominis memoria intercideret. Itaque ſi Anonymi tui nemo uſquam veterum meminit, indicio eſt aut minus eum diligentem, ut majores noſtri indignum eſſe cenſuerint, quem nominarent, aut multo recentiorem, quam ipſe arbitraris, fuiſſe, ut neque memorari a Scriptoribus quarti, quinti, ſexti, ſeptimique ſeculi, neque ab iis, qui poſt floruerunt, aut memorari, quaſi dignus eſſet, aut comparari cum Socrate, Sozomenoque potuerit.

Non eſſe veriſimile Opus Anonymi incognitum antiquis fuiſſe, quod neque magnum, neque commune eſſet.

Nam quod aliqui fortaſſe dicent, non fuiſſe id opus veteribus cognitum quod neque magnum, neque multis ob raritatem in promptu eſſet, vide quale ſit. Scipio Maffejus ille idem fragmenti hujus editor, & laudator, hoc ipſum magni operis exiguam partem eſſe non negat (1). Neque enim veriſimile eſt eum, qui Athanaſii res praeclare geſtas narrare inſtituiſſet, miſſis Originibus Arianae haereſeos, iiſque omnibus, quae ad Nicaenam,

(1) Conſule Maffejum *obſerv. Letter. T. III, pag. 84. ſeqq.*

nam, aliaſque Synodos ad Sardicenſem uſque ſpectarent, ab anno demum 346 cenſuiſſe hiſtoriae ſuae exordium eſſe ſumendum. Dat autem ei, quod editum a Maffejo eſt, annus 346 initium. Quamobrem jure ab Editore acephalon appellatur. Age vero Acta, & Epiſtolas quae intextae illi hiſtoriae erant (1), ita ne paucis comprehendi potuiſſe defendes, ut ne mediocre quidem volumen poſcerent? Quid? quod Theodoſius Diaconus (2), qui Veronenſis Codicis Scriptor fuit, teſtetur omiſiſſe, neſcio quae ſe, quae ſibi minus neceſſaria viſa (3) fuiſſent? Non ergo exiguum id erat opus, ut negligi a veteribus, illiſque eſſe ignotum poſſet. Sed non eſt opus, ut haec fuſius perſequar, quae & nota per ſe ſunt, & abs te fortaſſe non revocantur in controverſiam.

Quod

(1) Conſtat ex eodem *fragmento*. Nam pag. 60 in eo legitur hoc modo: *Inter Imperatoris Epiſtolas haec quoque habetur*. Deinde hujus epiſtolae ne veſtigium quidem comparet. Ex qua re efficitur, interpretem aut Scriptorem Veronenſis Codicis monumenta praetermiſiſſe, quae ab auctore eſſent prolata, ſi quidem haec lacinia pars eſt alicujus hiſtoriae. Sed de hac re agam paulo poſt.

(2) Conſule Maffejum l. c. pag. 8.

(3) Vide Maff. l. c. pag. 76.

Non esse verisimile rara fuisse ejus operis exemplaria.

Quod ad raritatem exemplarium attinet, ne oratione quidem eget. Etenim rara in Graecia fuisse ea, quorum essent in Italia quaedam latina, persuaderi mihi sin minus demonstratione, at opinione saltem vellem. Sed quam metuo, ne sit difficile. Eusebiani Chronici dabis opinor codices quarto seculo in Graecia fuisse multos. Quamquam nec si id quoque, ut alia pleraque more tuo inficiere, verear ne falsum esse videatur. Sed anno circiter 394 (1) ejusmodi codicum vix unum Romae, in ceteris autem Italiae Urbibus, atque in Africa constat reperiri potuisse omnino nullum. Atque etsi magnis viris Paulino, & Alypio Tagastensi ejus Chronici legendi copia non erat, extorsit tamen utilitas, & fama operis, ut ab his etiam ejus mentio fieret, qui cupidi discendi essent. Cognoscis, credo, quorsum haec spectet oratio. Neque enim petita est longius, ut ex ea non videas quid sequatur. Scilicet hoc volo, non esse credibile, ut veteres, qui vix sibi cognitae historiae meminissent, voluerint Anonymi

(1) Vide Epist. Paulini ad Alypium, quae est XXIV. al. XXXV. Inter Augustinianas n.3 col.35 T. II. Opp. S. Aug. Edit. Paris. an. 1679.

mi opus oblivione conterere, quod res Athanaſii praeclare geſtas, totamque fere Arianam hiſtoriam complecteretur, eſſetque 4 ſeculo, & ſcriptum graece, & latinum factum.

Atque ejus exemplaria, quae olim fortaſſis plura, nono autem ſeculo aliqua ſaltem fuiſſent, ut corrigi, exſcribique potuerint a Theodoſio (1), Hieronymi, Gennadii, Caſſiodori, hominum in hoc genere graviſſimorum curam, diligentiamque fugiſſe, ut eorum, vel nullum viderint umquam, vel fuiſſe a quoquam viſum acceperint, neque credam ipſe, neque eſſe aliquem arbitrabor, qui cenſeat credi oportere.

V, De Theodoſii aetate quod dixi, nolo ſic accipias, quaſi negem eſſe illum ſeculo nono recentiorem. Nam ut ſit recentior per me licet, modo ne eſſe antiquiorem defendas. Multa in hanc rem diſputare poſſem; ſed quoniam eſt de his alienum dicendi tempus, tacita mihi quodam-

Theodoſium Veronenſis Codicis ex quo decerptũ fragmentum Anonymi eſt, ſcriptorem, ſeculo nono vetuſtiorem non eſſe.

(1) Scriptore Codicis Veronenſis. Nam in extrema pagina ejus ipſius Codicis leguntur haec verba Maffejo teſte: *ibid. pag.8. Humillinus omnium Diaconorum Theodoſius indignus Diaconus fecit.*

ammodo relinquenda ſunt. Interea moneo te ut mutes conſilium. De Maffejo tibi ſic, obteſtans omnium fidem, promitto atque confirmo fore, ut tibi numquam ſuccenſeat. Nihil enim habere ſe dicit de vetuſtate Codicis Veronenſis, quod aut definitum ſit, aut certum (1).

Interpretem Latinum Anonymi non eſſe admodū veterem.

VI. De Interprete Anonymi quid ſentiam (2), dicam diſtincte, atque aperte, non quod obſcura quae ſint perſpici abs te poſſe diffidam, novi enim acumen tuum, ſed quod & intelligi ab omnibus, & nemini aſſentari velim. Ego vixiſſe illum ante VIII. ſeculum pernego. Sunt autem haec in cauſſa. Quinto, aut ſexto, aut ſeptimo ſeculo, qui ſcriptoris alicujus interpres fuiſſet, neque tam barbarus in ſcribendo potuiſſet eſſe, ut noſter

(1) Maffe. l. c. pag. 8 „ Chi ha pratica, „ *inquit*, di così rari teſti, ben ſa di quanto „ inſigne antichità queſte particolarità faccian „ fede, benchè non per queſto ſappia qual ſe„ colo per l'appunto da eſſe ſi dinoti, come „ alcuni erroneamente vantano di conoſcere.

(2) Hunc ſi non coetaneum, at ſupparem ſaltem Anonymo eſſe putat Maffejus. Nam ſatis eſſe antiquum ſcribit pag. 19. *Di tempo antichiſſimo*, inquit, *è da credere la traduzione*. Ei aſſentitur Manſius. Diſſert. *pag.* 2.

ſter eſt, neque tam ſtudioſus male latinitatis, ut iis vocibus uteretur, quae nondum uſurpari conſueviſſent. Nam ut cetera mittam, quae cum multa ſint, & legi nequeant ſine ſtomacho, & moleſtia, eſt ingenii ſapientiaeque tuae conſiderare, quemadmodum ille verterit in ſermonem latinum quatuor Epiſcoporum ad Meletium, & Petri, quae eſt ad Alexandrinos, Epiſtolas (1). Eas enim ſi Hilarius,

(1) Pag. II. „ Simplici ratione aeſtiman-
„ tes, quae de te audiebantur, quibuſdam id
„ nos pervenientibus nunciatur aliena a more
„ divino, & regula Eccleſiaſtica, quae a te co-
„ nantur, immo magis fiunt, quae nec auribus
„ ſuſcipere vellemus, conſiderantes in magni-
„ tudine audaciam, & conatus incertos &c. „
Vide ejuſdem Epiſtolae 4 Epiſcoporum ad Meletium reliqua verba, quae extant eadem pag. II.
„ Petrus in fide Dei ſtabilitis Dilectis Fratribus
„ in Domino ſalutem. Quoniam cognovi Me-
„ letium nihil per utilitatem (cui nec Beatiſſi-
„ morum Epiſcoporum, ac Martirum Epiſtola
„ placuit) ſed inſuper ingreſſum noſtram Pa-
„ roeciam tantum ſibi adſumſiſſe, ut etiam ex
„ mea auctoritate presbyteros, & quibus per-
„ miſsum erat egentes viſitare, conaretur ſe-
„ parare, & judicium ſuae cupiditatis in princi-
„ patu, quoſdam ſibi ordinaſſe in carcere. Mo-
„ do illud obſervate, ne ei communicetis, do-
„ nec

rius, Hieronymus, Auguſtinus, ſed quid hos dico? Si Dionyſius ille exiguus, ſi Caſſiodorus, ſi Gregorius Magnus, ſi Eligius eas legiſſent, indignas eſſe putaſſent interprete latine docto, & aequali ſibi. Nam quod ſequitur, quodnam illud eſt *Exiliaverunt*, inquit, *cum in Armenia* (1) *conſulante Euſebio . . . Exiliatos reverti* (2). *Non ſimilem Dealitate* (3). Monſtra haec ſunt, non latinae voces, quas ſexti ſeptimique nonnulla, profecto, quarti autem, aut quinti ſeculi ſcriptori affingere ſumma injuria eſt. Has ſi tu voces ante octavum ſeculum uſu fuiſſe tritas oſtenderis, viciſti, ageſque de me victor triumphum juſtiſſimum. Sed quid agas vide. Atque hoc etiam animadverte non magis hiſce vocabulis me, quam nexibus verborum, qui ferrei ſane ſunt, moveri, ut vix dignum fuiſſe arbitrer, qui octavo ſeculo viveret. Vellem iis, qui diuturna exercitatione dijudicandae va-

„ nec occuram illi cum ſapientibus viris, & „ videam quae ſunt, quae cogitavit. „ Haec qui dicat 4, vel 5 ſeculo eſſe ſcripta tam male, tamque barbare contexta, nec aequus aeſtimator, & Judex ſtyli cenſendus eſt.

(1) Pag. 62. (2) Pag. 67. (3) Pag. 74.

variae orationis, ac ſtili aſſequuti ſunt facultatem, ſic eſſet otium, ut ad haec legenda inducere animum aliquando poſſent: una, mihi crede, omnium vox eſſet, eum qui tanta barbarie tenebris involviſset, quae in graeci Hiſtorici libris erant, ne tam veterem quidem eſſe, quam ego ſtatui, ut tibi me eſſe crederes aequiorem.

At ſumus, inquies, Maffei opera conſequuti (1), ut quae ab hoc noſtro, eadem a Tertulliano, & Columella uſurpata fuiſſe vocabula plane conſtet. Non equidem repugno. Sed *ſcrupuloſitatem*, non omnia, quae noſter Interpres adhibet, neque tam ſaepe, neque tam ruditer, barbareque conjuncta in antiquorum libris cernere fas eſt. Critici autem viri hoc munus eſt proprium, ut quae novam aliquam vocem continent, ab iis ſecernat, quae ſunt plena vocum, & ſyntaxeon barbararum, atque hinc efficiat omnia ejuſdem aetatis eſſe non poſſe.

VII. Satis multa de Interprete. Redeo ad Anonymum. Ac teneo de illo quid ſcripſeris. Putas enim & Alexandrinum fuiſſe, & ſupparem Athanaſio, quo-

Anonymum neque aequalem, neque ſupparē fuiſſe Athanaſio. Dubium au-

B rum

(1) Maffe. l. c. *pag.* 19.

tem esse, num Anonymus historiam Athanasianã scripserit, an potius consarcinator aliquis fuerit, qui quaedam ex historiis minime probatis corraserit, redegeritque in cõpendium.

rum alterum difficile ad ostendendum est, alterum autem omnino falsum. Sed de Alexandrino agam alio loco diligenter, & copiose. Nunc de suppare multo plura, quam hactenus, differam. Verum hoc praedico permitti hoc tibi a me, non concedi Anonymum, de quo est inter nos ambos contentio, scripsisse rerum ab Athanasio praeclare gestarum historiam. Vocari enim id quoque in dubium debet. Scio te credidisse Maffejo. Ego vero nihil de te quod credideris; quamobrem non debueris credere, pauca dicam. Equidem Scipionem Maffejum virum nobilem imprimis, & eruditum, etsi ob singularem virtutem facio, ut debeo plurimi, sic tamen colo, ut si quod affert, monumentorum ope confirmet, ei assentiar, sin autem minus, veniam primum ab ipso petam, tum cohibeam a rebus incertis assensionem. Liberum enim esse in hoc genere quemqne decet, nulla ejusmodi adstrictum necessitate, ut velit nolit, certa quaedam illi tuenda sententia sit. Igitur quantavis ille auctoritate praestet, utar judicio meo, (nihil autem ille impedit), exque illo inquiram, cur historicum potius, quam

para-

ῥαψῳδὸν aliquem fuisse Anonymum judicet, qui sibi quaedam ex historiis, quas ipse vitiarit, corraserit, ac redegerit in compendium, quaedam addiderit, ex Synodicis, eamque collectionem conflaverit, quae non modo aliqua de Athanasio, sed nonnulla etiam de Meletio Licensi, multa vero quae nondum vulgata sunt, eorum fortasse similia, de quibus est a Maffejo dictum(1): *segue inezia incondita*, complecteretur? Nec vero ipse ex quo haec quaeruntur habet explicatam, rationem sententiae suae. At multos ejusmodi ῥαψῳδοὺς vel Canonum, vel Historiarum fuisse majorum nostrorum memoria, quibus parum omnino tribui intelligo, & observatum a (2) Scalige-

(1) Maffejus l. c. Codicem Veronensem ex quo haec est expressa lacinia describens, postea-quam *pag.9.* De vita Acephala Athanasii egit, tum *siegue*, inquit, *inezia incondita*: Item *Symbolus S. Synodus Sardici*: *Abrenuncio Sathanae &c.* Haec sunt elegantissima monumenta, quae Codex ille Veronensis complectitur.

(2) Scaliger *Thesaur. Temp. parte 2. pag.58.* De simili Historiarum compilatione, quam ipse edidit, quae expressa partim ex Eusebii, partim ex Africani, partim ex aliorum chronicis esset;

ro (1), Ruinartio (2), & Baſnagio eſt, & conſtat ex codicibus manuſcriptis, quorum aliqui & in Vaticana, & in Caſanatenſi (3) Bibliotheca ſervantur. Conti-

eſſet; loquens „ Latine, *inquit*, converſa ab „ homine barbaro, inepto, helleniſmi, & „ latinitatis imperitiſſimo: Non parva autem „ pars conſarcinata eſt ex deliriis breviatoris, „ aut interpretis, qui commenta ſua in ſcripta „ aliena infulſit. „ Id ego de hoc conſarcinatore Maffejano dixerim, qui imperitiſſimus cum eſſet graeci latinique ſermonis, ut ſupra conſtitit; tum hiſtorica quaedam, aut ab iis, a quibus accepiſſet, aut ab ſe vitiata, ac deformata, in ſuam tranſtulit collectionem, quae res poſt demonſtrabitur plane ad veritatem.

(1) Ruinart. *in Praefat. ad opera S. Greg. Turon. num.* 141. *ſeq.*

(2) Jacobus Baſnagius in obſervationibus in Caniſianam Anonymi Collectionem Chronologicam *T. II. Lection. Antiquar. Canis. Edit. Novae pag.* 153. „ Nos, inquit, (*hujus collectionis auctorem*) nullum fuiſſe putamus, „ ex indigeſta mole, quae hic regnat. Fuerunt Monachi amanuenſis codices manuſcriptos deſcribentes, incidentes vero in collectanea varia, ut fieri ſolet, nec ſatis opuſcula diſtinguentes &c. „ Cur haec dici nequeant de collectione Maffejana, profecto non video.

(3) Scipio Maffejus *T.* III. *Obſervat. Litterar.*

tinent enim canones, epiſtolas, & hiſtorica quaedam, quae etſi recentiora ſunt, tamen ſunt, ut vides, quod attinet ad formam, conſtructionemque collectionis ſimilia.

VIII. Sed volo eſſe liberalis tecum. Permitto, ut paullo ante dixi, eſſe id opuſculum non conſarcinatori, ſed hiſtorico alicui tribuendum. Eum autem ſup-

Diſcrepare ſaepe Anonymum ab Athanaſio ceteriſque antiquis Scri-

rar. pag. 9. Dum partes omnes Codicis Veronenſis recenſet, priore loco Epiſtolas quaſdam eo contineri ſcribit, quas ibidem refert, tum hiſtoriam, ſeu Chronicon Athanaſianum, poſtremo collectionem canonum, quae cujuſmodi ſit, ne a Maffejo quidem eſt indicatum. Ita quoque manuſcriptus Codex Bibliothecae Caſanatenſis ſeculi, ut conjectura aſſequi potui, *XI. - E. V. 27. -* Primo loco canonum collectionem nondum editam, deinde Chronicon Romanorum Pontificum, poſt recentiore charactere *formulam*, qua Otho Imperator ſuam Johanni XII. P. M. obligavit fidem, quae quidem *formula*, paulo tamen aliter, refertur a Gratiano *cap. 33. diſt. 63.* Inde Catalogum Romanorum Pontificum a Petro ad Paſchalem Secundum, poſtremo collectionem aliam canonum recentiorem, in cujus initio referuntur fragmentum Synodi habitae in Dalmatia anno 1076. & Epiſtolae quaedam Pontificum Romanorum, quae nondum vulgatae ſunt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ptoribus, adeoque Manſii argumentum ex conſenſione petitū, ut ſuadeat eū vel fuiſſe Synchronum vel pene aequalem Athanaſio, nullius momenti eſſe

parem fuiſſe Athanaſio quo tandem oſtendis modo? Cum Athanaſio (1), inquis, de ſe plura ſcribente numquam non cohaeret, multaque minuta conſectatur, quae niſi in auctorem ei aut ſupparem, aut aequalem, in alium quemquam cadere omnino non poſſunt. Haec ſcilicet duo illa ſunt argumenta, quibus Anonymi contendis demonſtrari vetuſtatem poſſe. At enim utrum horum magis efficiat, quod velles, neſcio, credo plus neutrum (2). Sed de hoc alias. Hortaris deinde me, ut periculum rei (3) in ceteris rerum Athanaſianarum ſcriptoribus faciam. Fore namque ſperas, ut eos confitear in Chronologicis turpiter erraſſe. Verum oro te, ut mihi in Maffejano primum id periculi facere liceat. Quae enim iſta eſt confidentia, ut eum praedices nulla in re ab Atha-

(1) Conſule Apologiam Manſii in *Append.* num. 2. §. 15. quo loco, *cum ipſo S. Athanaſio*, inquit, *de ſe plura ſcribente numquam non coheret, & ne in minime quidem diſcrepet. Anonymi Chronologia cum Chronotaxi ab ipſo Athanaſio digeſta vel ad dieculam convenit.*

(2) Nam ſunt, qui & minuta conſectati ſint, & minus repugnent quam Anonymus Athanaſio, qui tamen ei Synchroni non fuerunt.

(3) Manſ. *Apolog.* §. IV.

Athanaſio diſcrepare, qui nihil fere accurate, nihil diſtribute, nihil denique, ſcripſerit, quod cum ejus temporis hiſtoria componi poſſe videatur? An omnes, praeter te unum, homines tam eſſe rudes, atque imperitos Chriſtianae antiquitatis putas, ut eos indignis modis ludificere, jacteſque in iis rebus conſenſionem, in quibus conſenſionis ne veſtigium quidem extet? Ego iſti fabulatori quam impoſuiſti perſonam detraham. Ageſis igitur, atque animum adverte.

IX. Conſulibus Conſtantio IV. & Conſtante III. Athanaſium rediiſſe ſcribit Alexandriam (1). Eſt is annus 346. De hoc errore ſcribam ad te copiose, ſed tempore (2). Hoc nunc breve dico: Athanaſium eo tempore reverti non potuiſſe. Fac enim verum ſit anno 346 februario, aut ſi mavis Januario menſe deceſſiſſe direptorem Alexandrinae Sedis (3) Gregorium. Falſum id quidem; nam

Errare Anonymum pugnareque cū Athanaſio, dum ſcribit SS. Epiſcopū rediiſſe Alexandriā an. 346.

(1) Pag. 60.

(2) Vide Epiſt. III. §. 11. ſeq.

(3) Manſius in Diſſertat. pag. 4. „ Diebus Paſchalibus ſuccedentis anni (345) Euphrates Epiſcopus cum Socio Legatione „ fungens a Conſtante venit Anthiochiam. De-

„ cimo

biennio fere poſt (1) ille periit, ſed quoniam probatum eſt tibi, ferri nunc poteſt, modo quo genus hoc argumenti ſerpat, attendas animum. Poſt Gregorii mortem plus integro anno in Occidente Athanaſius conſtitit. Ad initium igitur anni 347 non adierat ad Conſtantium agentem Antiochiae, multoque minus venerat Alexandriam. Atque eum ſolido anno poſt Gregorii interitum, ſeu potius poſteaquam accitus Alexandriam eſt a Conſtantio (2), manſiſſe in occidente, teſtis eſt ipſe in iis, quae ſunt ad Monachos litteris (3). Nam ubi de Euphratis Colo-

„ cimo inde menſe adeoque anni ſequentis „ (346) initio Gregorius occubuit.

(1) Vide Epiſt. III. §. v. ſeqq.

(2) Nam Athanaſius non ait poſt x. menſes mortuum fuiſſe Gregorium, ut Manſius hallucinatus eſt, *vide ejus Diſſert. pag.* 4., ſed poſt decem menſes a Legatione Euphratis, defuncto Gregorio, litteras fuiſſe ſcriptas de Athanaſii reditu a Conſtantio, ut ex loco mox *Not.* 3. adducendo plane liquet. Quamquam autem non repugnem x. poſt menſes periiſſe Gregorium, id tamen nego ex eo Athanaſii loco concludi perſpicue, ſolideque poſſe, niſi quid aliunde adjunctum ſit.

(3) Athanaſ. *Hiſt. Arian. ad Monach. pag.* 356 *num.* 21. *T.* I. *Editionis Montfauconianae.*

lononienſis, & Vincentii Capuani Legatione, quae diebus Paſchatis anno 345, te auctore perfecta eſt, egit; tum reſtitutos fuiſſe ſuos Clericos narrrat, ſe vero non

Ὁ δὲ Βασιλεὺς Κωνσάντιος ὀλίγον τι καταυγὴς, εἰς ἑαυτὸν ἦλθε λογισάμενος τε, ἐξ ὧν ἔδρασεν τῷ δόξαντι, ὅτι ἐπὶ τὰ κατὰ τῶν ἄλλων ἐπιχειρήματα τοιαῦτά ἐστι, τοὺς μὲν ἐξοριδέντας ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας εἰς τὴν Ἀρμενίαν πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους λύειν ἀπολυθῆναι κελεύει· γράφει τε εἰς Ἀλεξάνδρειαν Φανερῶς, μηκέτι διώκεσθαι τὸν μὲν Ἀθανάσιον κληρικούς τε καὶ λαούς· Εἶτα μετὰ μῆνας τοὺς δέκα τελευτήσαντος Γρηγορίου, μεταπέμπεται ἐπὶ Ἀθανάσιον μετὰ πάσης τιμῆς, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ ἐπὶ τρίτον γράψας αὐτῷ μὲν Φιλικά, δι' ὧν θαῤῥεῖν, ἐπ' ἐλθεῖν προέτρεπε· πέμπων τε πρεσβύτερον, ἐπὶ διάκονον ἵν' ἔτι μᾶλλον θαῤῥῶν ἐπανέλθοι. ἐνόμιζε γὰρ διὰ τὸν Φόβον τῶν πρότερον γενομένων ὀλιγωρεῖν με περὶ τὴν ἐπάνοδον. γράφει δὲ καὶ τῷ ἀδελφῷ ἑαυτοῦ Κώνσαντι, ἵνα ἐπ' αὐτὸς ἐπανελθεῖν με προτρέψηται· διεβεβαιοῦτο γὰρ ἐνιαυτὸν ὅλον ἐκδέχεσθαι τὸν Ἀθανάσιον, ἐπ' ἐκ ἄν ποτε ἐπιτρέψαι γενέσθαι τινὰ καινοτομίαν, ἢ καὶ κατάσασιν, φιλάττων Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ τὰς ἐκκλησίας. „ Rex autem Conſtantius pauliſper „ compunctus, ad ſe rediit, reſque in Euphra„ tem geſtas ſecum reputans, ejuſmodi eſſe „ illorum (*Arianorum*) adverſus caeteros „ molimina ſuſpicatus; eos qui Alexandria in „ Armeniam relegati fuerant Presbyteros, „ Diaconoſque continuo dimitti jubet; ſcribit„ que aperte Alexandriam, ut ne ultra vexen-

„ tur

non ante in patriam accerſitum, quam Gregorius deceſſiſſet. Atque ab eo quidem tempore, quo vocatus in patriam eſt a Conſtantio, ad illud quo ſcriptae poſtremae litterae ab eodem Imperatore fuerunt, quo quidem tempore Athanaſius nondum navigare in Orientem voluerat, annum interfuiſſe. Litteris enim Conſtanti fratri ſignificaſſe Conſtantium expectaſſe integro anno (1) Athanaſium fruſtra ſe, quin Gregorii loco quemquam Epiſcopum creari paſſus eſſet. Quamobrem

„ tur Athanaſii Clerici, & populi. Inde poſt
„ menſes circiter decem, mortuo Gregorio,
„ Athanaſium ſummo cum honore accivit, non
„ ſemel, neque bis, ſed ter ipſi quidem (lit-
„ teras) ſcribens amice, quibus hortabatur,
„ ut cum fiducia accederet. Miſit item pres-
„ byterum, Diaconumque, ut majore animi
„ ſecuritate rediret: Cenſebat enim ob rerum
„ ante geſtarum formidinem, aegre me re-
„ verſurum. Scripſit etiam fratri ſuo Conſtan-
„ ti, ut me & ille ad remigrandum hortare-
„ tur. Affirmabat enim ſe anno integro Atha-
„ naſium expectaſſe, neque conceſſiſſe, ut
„ quidpiam novi, aut ordinatio aliqua fieret,
„ quod Athanaſio Epiſcopo ſuas Eccleſias ſer-
„ vare vellet.

(1) Ἐνιαυτὸν ὅλον: *annum integrum*.

rem hortaretur hominem, ut rediret. At annuae illius expectationis initium a datis primis litteris est capiendum. Quemadmodum enim ante expectasset, quem non acciverat Imperator? Conferam rem omnem in pauca. A litteris, quibus primum data Athanasio fuit redeundi facultas, ad postremas, quibus vir sanctus inductus est, ut de reditu cogitaret, annus interceſſit. Primae autem litterae datae fuerunt post Gregorii Cappadocis obitum, decimo scilicet mense post, quam functus Ephrates fuit Legatione, hoc est ineunte anno 346. Itaque si postremae (quibus acceptis Athanasius, qui adhuc in Occidente erat, de reditu cogitare coepit) si postremae inquam scriptae post integrum annum fuerunt; fit ita omnino ut initio anni 347 in Occidente constiterit Athanasius, atque ideo anno 346 redire nequiverit Alexandriam. Quare Anonymus ille tuus, qui mense Octobri anni 346 reversum illum in patriam fuisse scribit, & magno in errore versetur, & cum Athanasio pugnet necesse est.

X. Praeterea de eadem re partim Athanasii, partim aliorum, quorum par in *Athanasii, aliorũque veterum testi-*

monio conſtare ſanctum virum rediſſe in patriã nequiviſſe ante annum 347.

in hac cauſſa auctoritas eſſe debet, teſtimonio ſtatuam quid cenſendum ſit. Aliud quid? etiam. Jam illud conſtat ante Gregorii (1) Cappadocis obitum nullas fuiſſe ab Imperatore Orientis ſcriptas litteras de reducendo Athanaſio, aut ad hunc ipſum, aut ad Conſtantem fratrem. Affectus autem extremo ſupplicio ab Alexandrinis Gregorius eſt initio trecenteſimi quadrageſimi ſexti anni, ut paulo ante eſt, tua quidem (2) ſententia, conſtitutum. Atque ut tibi rem gratam faciam, dabo non *ἐνιαυτὸν ὅλον annum integrum* a primis ad poſtremas litteras interceſſiſſe (volo enim tecum agere, ut ante dixeram, liberaliter); ſed ſtatim atque Cappadox ille Eccleſiae Alexandrinae direptor, extinctus eſt, datas primas, mox ſecundas, & aliquanto poſt tertias, redditaſque fuiſſe & Conſtanti, qui eſſet in Galliis (3), & Athanaſio, qui degeret Aqui-

(1) Vide ſup. *pag.* 24. *num.* 2. Hujus Epiſtolae. Conſule etiam Epiſt. III. §. v.

(2) Conſule *loc. cit.* §.

(3) Narrat enim Athanaſius poſtremas Conſtantii litteras redditas ſibi fuiſſe, cum Aquilejae verſaretur, iterque deinde ſe in Gallias ad videndum Conſtantem inſtituiſſe. *Apolog. ad Conſtan-*

Aquilejae exeunte Februario menſe. Breve id quidem intervallum, quam ut diverſis temporibus ex Oriente profecti non ſolum tabellarii tres, ſed etiam presbyter ex urbe Edeſſa (1), atque Diaconus pervenire Aquilejam poſſent. Sed ne hoſti quidem negandum, multo autem minus amico, quod tibi non eſt incommodo. Quare id etiam concedam tibi. Conſtans acceptis a fratre litteris, ſcripſit ad Athanaſium, eumque invitavit, ut ad ſe veniret (2). Decem ſaltem dies interfluxerint neceſſe eſt, ut e Galliis Aquilejam deferre epiſtolas liceret.

ſtantium n. 4. pag. 298. T. 1. Opp. Μετὰ δὲ τὴν σύνοδον ἐν τῇ ναϊσσῷ μοι διάγοντι γράφει, καὶ ἀνελθὼν ἐκ ἀκυληίας λοιπὸν διέτριβον. Ἔνθα με τὰ γράμματα τῆς σῆς θεοσεβείας κατέλαβεν. Κἀκεῖθεν κληθεὶς πάλιν παρὰ τοῦ μακαρίτου, καὶ ἀνελθὼν εἰς τὰς γαλλίας οὕτως ἦλθον παρὰ τὸν σὸν ἐυσέβειαν. „ Poſt peractam vero Synodum „ (Sardicenſem) litteras mihi tum Naiſſo degenti miſit, atque hinc profectus Aquilejae „ poſtea commoratus ſum, ubi redditae mihi „ ſunt tuae pietatis litterae. Accitus inde „ rurſum a Beatae memoriae viro, in Gallias iter inſtitui: hincque demum tuam adii „ pietatem.

(1) Athanaſ. *Apol. contra Arian. pag.* 170. *Tom.* 1.

(2) Vide notationem ſuperiorem.

ret. Incidimus igitur in medium fere, Martium menſem anni 346. Athanaſius accepto nuncio Romam (1) venit, poſt in Galliam (2) profectus eſt, inde Hadrianopolim (3), poſtremoque Antiochiam (4) ubi tunc Conſtantius verſabatur; con-

(1) Apologia contra Arianos *pag.* 171. *T.* 1. *Edit. Montfauconi.* Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ταῦτα γράφει, ἐγὼ δὲ δεξάμενος, ἀνῆλθον εἰς τὴν ῥώμην σωτάξασθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ. ἐν τῇ ἀκυληίᾳ γὰρ ἤμην ὅτε ταῦτα ἐγράφη. *Imperator quidem haec ſcripſit. Ego autem his acceptis Romam redii Eccleſiae, & Epiſcopo vale dicturus. Nam Aquilejae degebam, quo tempore mihi haec ſcripta ſunt.*

(2) Vide quae ſupra ex Athanaſio attuli §. XXVIII. *ſeq.*

(3) De laicis decem Hadrianopoli Conſtantii juſſu capitis condemnatis Athanaſius ſcribens *in Hiſtor. Arianor. ad Monachos n.* 18. *pagin.* 354. Καὶ τούτων, inquit, τὰ μνήματα πρὸ τῆς πόλεώς ἐσιν, ἅπερ παρερχόμενοι καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν. „ Horum monumenta ante urbem „ ſunt, quae & nos illac tranſeuntes vidimus.

(4) *Apolog. ad Conſtantium n.* 5. *pag.* 298. *Tom.* 1. *Opp.* ter ſe Conſtantium adiiſſe narrat, πρῶτον μὲν ἐν βιμινακίῳ, δεύτερον δὲ ἐν καισαρείᾳ τῆς καππαδοκίας, καὶ ἕκτον ἐν ἀντιοχείᾳ. *Primum Viminacii* (Viminiaci circa an. 338.) *ſecundo Caeſareae Cappadociae* (anno eodem conſule Montfauconum in vita Athanaſ. pagin.

contendit. Tam longum iter ab Epiſcopo inſtitutum, praeſertim ut a (1) Montfaucono gravi inprimis conjectura freto deſcribitur, perfici trium menſium ſpatio, ſi hac aegre, ea quidem certe aetate non poterat. Ego vero permittam id intervallum ſatis fuiſſe, nam tibi nimium adverſari nolo. Itaque id ſaltem fateare neceſſe eſt, circiter IV Idus Junias Antiochiae ab Athanaſio ſalutatum fuiſſe Imperatorem. Sed a Majo ad extremum fere Auguſtum menſem Conſtantinopoli Imperator verſatus eſt, quod & Gothofredus (2) animadvertit, & ex legibus

nonis

gin. XXXI. T. I. Opp. Athanaſ. praefixa) *tertio Antiochiae*. Vide Sozomenum *lib.* III. *cap.* XX. *pag.* 125. *Edit. Cantabrig. an.* 1720.

(1) Pag. XLV. n. 5. „ Jam nobis, inquit, „ pene conſtat, quia Athanaſius Hadrianopo„ li Alexandriam remigrans pertranſiit. Aqui„ leja Romam veniſſe, antequam ad Conſtan„ tem properaret, inde vero per Germaniam, „ ſecundo ut putatur, Iſtri flumine magnam „ itineris partem confeciſſe. Hadrianopolim „ cum perveniſſet decem laicorum tumulos „ conſpexit. Inde vero Antiochiam concedens „ Conſtantium adiit.

(2) In Chronologia Codicis Theodoſiani ad an. 346. quo loco pag. XLVI. Tom. I. Edit. an. 1736. Conſtantius, inquit, his Conſulibus egit Conſtantinopoli.

nonis Majis (1) VII *Kal. Junias* (2), X *Kal. Septembres* (3) in ea Urbe ſcriptis conſtat (4).

Sed hac ego, inquis, tanta liberalitate non egeo. Etenim non eſt neceſſe ut hiſce me anguſtiis teneri patiar. Septembri, aut Octobri menſe Athanaſius potuit Antiochiam ad Imperatorem ire. Nihil enim impediebat. At erat (5), mihi

(1) *Lib.* XI. *Cod. Theod. Tit.* XVI. *de extraordinariis, ſive ſordidis muneribus Lege* VI. *T.* IV. *Edit. Riteni an.* 1736. *pag.* 124. Data dicitur lex *Conſtantinopoli Conſtantio IV. & Conſtante III. Auguſtis Coſs. hoc eſt anno* 346. Vide etiam faſtos *Conſulares Petri Relandi pagin.* 357. *Edit. an.* 1715.

(2) *Vide notam l. in legem* X. *Tituli* II. *De Epiſcopis lib.* XVI. *Cod. Theodoſiani Edit. Riteni Edit. an.* 1733. *pag.* 38.

(3) *Lex.* IV. *Tit.* XXXIX. *de Fide Teſtium, Lib.* II. *Codicis Theodoſiani. Tom.* IV. *pag.* 338. data eſt Conſtantinopoli *Conſtantio IV. & Conſtante III. Augg. Coſſ.*

(4) Si enim a Majo ad Auguſtum extremum fere menſem Conſtantinopoli degit Conſtantius, offendi Junio menſe ab Athanaſio Antiochiae non poterat.

(5) At conſtat ex lege VIII. Tit. XXXVI. lib. XI. Codicis Theodoſiani pag. 313. Tom. IV. Conſtantium anno 347. 8. Idus Martias Ancyrae in Galatia fuiſſe: V autem idus Maji fuiſſe

hi crede, quod impediret. Rogas quid illud fuerit? Id ego tibi libens ſic exponam ut memorem me eſſe cognoſcas & tuorum erga me meritorum, & illius, quam eſſe tam magnam nolles, liberalitatis meae. Niſi enim conceſſero eodem, quo lata lex IV. *de fide teſtium* eſt, die Imperatorem Conſtantinopoli moviſſe, ut Antiochiam proficiſceretur, ne medio quidem fortaſſe Octobri menſe perveniſſe illum, quo iter direxerat, conſequere. Igitur, ut tibi obſequar, aſſentior 23. menſis Auguſti die quo lata lex eſt, iter Antiochenum fuiſſe a Conſtantio inſtitutum. Vereor ne id eſſe incredibile videatur, ut ne die quidem poſt Conſtantinopoli manſerit. Sed quid alii dicturi ſint parvi mea intererit, modo tibi rem gratam faciam. Regia autem

C via

iſſe Hierapoli in Syria *ex leg.* 1. *Tit.* IV. *de Bonis militum L.* V. *Cod. Theod. T.* 1. *pag.* 480. Si igitur Conſtantius menſe Martio an. 347. Ancyrae verſabatur, menſe autem Majo Hierapoli, indicio eſt, eum egreſſum hoc eodem an. 347. Conſtantinopoli fuiſſe, direxiſſeque iter in Syriam. Quamobrem non Septembri modo atque Octobri, ſed ne reliquo quidem anno 346. ad vernum uſque tempus an. 347. convenire Athanaſius Imperatorem potuit Antiochiae.

via (1) profectum fuiſſe negari non poteſt. Nulla enim ratio eſt cur negetur. At ea longa erat. Synchronus Conſtantino *Itinerarii Hieroſolymitani* ſcriptor ambulare eos conſueſſe, qui Conſtantinopoli Antiochiam veniſſent, millia (2) paſ-

(1) Regiam viam appello eam, in qua mutationes, manſioneſque eſſent, quamque Imperatores, miſſis diverticulis, cum iter agerent, conficere ſolerent. Atqui ea, quae in itinerario Hieroſolymitano deſcribitur, erat ejuſmodi. Itaque Ammianus Marcellinus iter Antiochenum Juliani Imperatoris commemorans, ſcribit hoc modo *lib.* XXII. *cap.* IX. *pagin.* 319. „ reliquit Conſtantinopolim ... tranſ„ greſſus fretum, prætercurſa Chalcedona, & „ Libyſſa ... inde Nicomediam venit. Dex„ trorſus itinere declinato, Peſinunta conver„ tit .. Ancyram redit ... Itineribus emenſis „ cum ad Pylas veniſſet, qui locus Cappado„ cas diſcernit, & Cilicas, oſculo ſuſceptum „ rectorem ... Tarſum ſecum induxit. At hinc „ videre properans Antiochiam &c. „ Idipſum colligi ex duabus legibus poteſt, quas indicavi notatione ſuperiore.

(2) Itinerarium Antonini *pag.* 319. *Edit. Weſſelingii an.* 1730. *A Conſtantinopoli uſque Antiochiam m. p.* 716. At haec e Vaticano abeſſe Weſſelingius ſcribit. Ceterum *Conſtantinopoli Nicomediam* numerat *m. p.* 83. Nicomedia Ancyram *m. p.* 286. Ancyra Antiochiam

m. p.

paſſuum plus quam ſeptingenta ſcribit. Atque in illa ipſa via manſiones erant quadraginta (1). Erat autem, ut noſti, *manſio* iter diei (2). Imperatores quo-

 que

m. p. 360. ſumma eſt *m. p.* 729. *Itiner. Hieroſolymit. p.* 570. *ſeqq.* Byzantio Nicomediam numerat *m. p.* 61.

Conſtantinopoli		
Mutatio Naſſete	*m. p.*	7
Manſio Pandicia	*m.*	7
Mutatio Pontamus	*m.*	13
Manſio Libiſſa	*m.*	9
Mutatio Brunga	*m.*	12
Civitas Nicomedia	*m.*	13
		61
pag. 575 *A Nicomedia Ancyram*	*m.*	258
pag. 579 *Ab Ancyra Tharſon*	*m.*	343
pag. 581 *A Tharſo Cilic. Antiochiam*	*m.*	141
		803

(1) Itinerar. Hierolymit.

pag. 572 *A Conſtantinopoli Nicom.*	*manſ.*	3
pag. 575 *A Nicomedia Ancyram Galatiae uſque*	*manſ.*	12
pag. 580 *Ab Ancyra Galatiae Tharſon uſque*	*manſ.*	18
pag. 581 *A Tharſo Ciliciae Antiochiam*	*manſ.*	7
		40

(2) Recte Cangius in Gloſſario Mediæ, & inf.

que manebant in iis locis, cum praeſertim milites haberent ſecum confecto diei itinere (1). Quamobrem erant in manſionibus palatia, in quae poſſent Imperatores divertere (2). Neque cur magnis itineribus Antiochiam Conſtantius pro-

inf. Latinit. *Manſio*, inquit, *latinis ſcriptoribus proprie dicitur locus, ubi confecto itinere per noctem quieſcebant: unde ut plurimum pro diei unius itinere ſumitur*. Conſule Gothofredum *in lege* IV. *Tit.* VII. *de Offic. rect. Provinc. L.* I. *Cod. Theod. T.* I. *pag.* 51. *& in leg.* IX. *Tit.* I. *de Annona & Tributis. Lib.* XI. *Cod. Theod. T.* IV. *pag.* 18.

(1) Lampridius in *Vita Alexandri Severi cap.* 45. „ Itinerum dies publice, inquit, proponebantur, ita ut edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet: illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, & ſi Dii voluerint in prima manſione manſurus. Deinde per ordinem manſiones, deinde ſtativae &c. „ Quam in rem multa egregie diſputantur a Philippo a Turre Epiſcopo Adrienſi in Poſthumo contra Vignolium opere, ut Salmaſium, alioſque, quos ille citat, praeteream,

(2) Gothofredus *in legem* IX. *Tit.* I. *de Annona & Tributis Lib.* VI. *T.* IV. *pag.* 18. „ In manſionibus, inquit, palatia quoque principum fuere. *Leg.* I. *ſup. ne quis in Pala-*

properaret, cauſſa ulla erat. Ac ſi ulla fuit, indicanda abs te eſt. Sed cave ne implicere. Quamobrem conſumſit in eo itinere quadraginta dies. Quodſi vis minus, feram ut triginta fuerint. At in magna quaque, atque illuſtri urbe, qua iter erat Antiochiam, ut Nicomediae, ut Ancyræ, ut Tharſi ne triduum quidem, aut ſaltem biduum conſtitiſſe Imperatorem (1) nemo unquam ſibi perſuadebit. Atenim ut ajebam, ſatis ſunto triginta dies. Numera nunc jam a x. Kal. Septembres dies 30. Incides profecto in 21. diem Septembris menſis. Pervenerit ergo Conſtantius Antiochiam 1x. Kal. Octobres, eumque ſtatim ad ſalutandum acceſſerit Athanaſius ſedentem adhuc, ſi placet, in rheda. Sed tamen diebus aliquot neceſſe eſt manſerit A-

Palatiis Manſ. Eſt lex Arcadii, & Honorii „ Nulli manendi intra palatia noſtra in quali„ bet civitate, vel *manſione* facultas pateat. *T.* 11. *Cod. Theod. pag.* 363.

(1) Julianus quoque Nicomediae aliquot diebus manſit, ut colligi ex Ammiano *l.* 22. *cap.* 9. *pag.* 320. poteſt, ut & Ancyrae *pagin.* 320.

thanaſius Antiochiae, ut & quae de ſua dignitate erant, & litteras ad Praefectos (1), ad Epiſcopos (2), ad populum Alexandrinum (3), &c. (4) Imperatoris nomine ſcribi impetraret. Fac fuerint dies quinque. Non hercle id offero, quaſi concedam, nam eſt incredibile; ſed ut tibi quemadmodum ſaepe dixi, quoad ejus poteſt fieri, ſatisfaciam. Non ergo ante 26. Septembris Athanaſius diſceſſit Antiochia. Atque aberat ea urbs Hieroſolymis manſionibus XVIII. Quare 14. Octobris Hieroſolymam ingreſſum fuiſſe Athanaſium per me licet: quamquam diebus tam paucis Syriam peragraſſe (5) hominem, tandemque Hieroſo-

(1) Conſule Athanaſ. Apol. contra Arianos pag. 173. Tom. I.

(2) Athanaſ. ibid. pag. 173.

(3) Athanaſ. ibid.

(4) Athanaſ. ibid. pag. 174. τῷ δὲ αὐτῷ, τύπῳ δ' τοῖς ἐν Αυγουσταμνίκῃ δ' Θηβαΐδι δ' λιβύαις ἡγεμόσιν. *Sub eadem autem forma Auguſtamnicae Thebaidis, & Lybiarum praefectis.* Alia praeterea acta Antiochiae, quo tempore ibidem Athanaſius verſabatur, fuerunt, quae referuntur a Socrate *lib.* II. *cap.* XXIII. & a Theodorito *lib.* II. *cap.* XII.

(5) προσεμφθεὶς αὐτῷ δ' διεξχόμενος τὴν Συρί-

roſolyma petiiſſe, difficile, ne ἀδύνατον dicam, eſſe videatur. Eo ubi pervenit Concilium ab Epiſcopis Palaeſtinae habitum eſt, in quo de cauſſa Athanaſii ageretur (1). Quid? productumne illud

 fuiſſe

Συχνὸν σωίτυχον τοῖς κατὰ τὴν παλαιστίνην ἐπισκόποις, καὶ σώοδον ποιησαντες ἐν Ἱερουσαλὴμ, γνησίως ἡμᾶς ἀπεδέξαντο, ἔπειτα μετ' εἰρήνης προέπεμψαν, ἔγραψαν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἔτι καὶ πρὸς ἐπισκόπους. „ Sic igitur dimiſſus, dum „ Syriam peragrarem, Epiſcopos Palaeſtinae „ offendi, & Synodum facientes in Jeruſalem, „ nos perhumaniter exceperunt, & cum pa„ ce dimiſerunt, & ſcripſerunt ad Eccleſiam, „ & Epiſcopos. *Athan. Apolog. contra Arianos n.* 57. *pag.* 175.

(1) Confer quae attuli ex Athanaſ. not. ſuperiore. His accedunt, quae Socrates narrat l. 2. c. 24. „ Athanaſius arrepto per Syriam „ itinere in Palaeſtinam pervenit: ingreſſuſ„ que Hieroſolymam Maximo ejus civitatis „ Epiſcopo cuncta, quae in Sardicenſi Con„ cilio geſta fuerant exponit, & qualiter Im„ perator Conſtantius Decretis Synodi con„ ſenſiſſet, deditque operam, ut Epiſcoporum „ illius Provinciae Synodus congregaretur. „ Maximus vero nihil cunctatus quoſdam ex „ Epiſcopis Syriæ, ac Palaeſtinae accerſit, ce„ lebratoque ex more Concilio, ipſe quoque „ communionem, & priſtinam dignitatem „ Athanaſio reſtituit. „ Videat Lector, num haec

fuiſſe negabis ad octo dies? Ego ſi ad decem dicerem, haberem qui brevius intervallum defenderent ſatis eſſe non potuiſſe. Atqui a 14. Octobris dies octo ſi numerentur, incidemus in 22. diem Octobris menſis. Itaque 22. Octobris Hieroſolymis Athanaſius verſabatur. Non ergo 21. Octobris venire potuit Alexandriam. Quamobrem in die menſis annoque deſignando Anonymo illi tuo non cum monumentis ejus aetatis modo, ſed ne cum Athanaſio quidem convenit. Vidit haec fortaſſe Maffejus: Nam Athanaſii reditum confeſſus eſt cum IV. Conſtantii, & III. Conſtantis Conſulatu Componi difficulter poſſe (1). Sed de hoc errore ſcribam multis verbis ad te, opportune. Interea id volo animadvertas, quod jactum abs te eſt Sardicenſis Epochae, fundamentum, nullo modo poſſe conſiſtere (2).

XI.

haec 10. dierum intervallo expediri potuerint. Conſule Sozomenum *lib.* III. *cap.* XXI. *pag.* 354.

(1) Maffe. To. III. Obſerv. Litterar. pag. 90. » Difficile è l'accordare, che l'ingreſso di Ata» naſio foſse Coſtanzo IV. e Coſtante III. Coſs.

(2) Manſius cum in Diſſert., tum in *Apolog.*

XI. Cognoſce nunc quid Anonymus de Hypatio, & Catullino mentitus ſit. Simul enim una Conſules fuiſſe ſcripſit (1). Quid ? eſſe ne quemquam tam ignarum hiſtoriae arbitraris, quem fugiat anno 349 Catullinum, Hypatium vero decennio poſt fuiſſe Conſulem (2). Teneo quid Maffejus reſpondeat. Videri conſulatum Catullini non eſſe a Librario locatum recte (3). Audio id ſcilicet, ſed neſcio quorſum evadat. Nam ſi eo ſpectet, ut excuſet Anonymum, jam erit ratio excuſandi fabulatores omnes in prom-

Falli Anonymum, qui Hypatium, & Catullinum Conſules una proceſſiſſe ſcribit.

log. §, XI. *ſeqq.* Ex hoc Anonymi loco, quo ſtatuitur Athanaſium Alexandriam rediiſſe an. 346 colligit anno 344 fuiſſe celebratum Concilium Sardicenſe.

(1) *Tom. III. Obſervat. Litterar. pag.* 90. „ Anche il Conſolato di Catullino par quì fuor „ di ſito, *& pag.* 91. A Catullino dà per com- „ pagno Idazio (Ipazio) quando fu Limenio; „ ma è nel principio, dove altri errori ſono. „ Praeclarum initium Hiſtoriae narrat. Apud Maffejum l. c. pag. 61. *Secundum autem reverſionis ejus Coſs. Hypatio, & Catullino.*

(2) Conſtat id ex faſtis omnibus, & Manſius, ultro fatetur in Diſſert.

(3) Anche il conſolato di Catullino par quì fuor di ſito. *ibid. pag.* 91.

promptu. Ne igitur auctorem Chronici Paſchalis, neque Cedrenum, neque alium quemquam inſectere, quod erraverint in Chronologicis. Ego enim non ab illis dicam, ſed a librariis notas temporum non eſſe locatas recte, eritque res omnis, ut ajunt, in vado. Ludis? inquies. Immo vero ludimur, mihi crede. Non enim putandum eſt ſerio haec eſse ſcripta ab homine, & magni ingenii, & perito Hiſtoriarum.

Conjecturas Manſii de errore Interpretis, vel librarii in conjungendis Hypatio, & Catullino Coſs. cōfiſtere nullo modo poſſe.

Tu quod ei aſsenſus non es, feciſti probe. Sed audio de conjectura tua, quae nollem. Perfertur enim ad me multorum ſermone, confugiſse te ad linguae graecae praeſidium, quod verentur, ne ſit inimicum tibi. Pugnare (1) namque

(1) Manſius *Diſſertat. de Epochis pag* 17. „ Geſta haec aſſerit auctor, inquit, Coſs. Hy- „ patio, & Catullino. Multa hic ſunt obſcura, „ & ſi vulgo eruditos audias, fabnloſa ſunt „ multa. Sed bona verba quaeſo. Primo igi- „ tur negocium faceſſit par illud Conſulum. „ Nuſpiam enim in faſtis conjuncti apparent. „ Mendum huc irrepſiſſe fateor, ſed non diffi- „ cile corrigendum. Lucubrationem hanc grae- „ ce primo ſcriptam fuiſſe ab Anonymo quo- „ dam Alexandrino ſuperius animadvertimus. „ Anonymus alius Graeci ſermonis non equi- „ dem

que te fucum factum esse interpreti, qui quod legisset in graeco ὑπ' ἄκυ Καπουλίνυ, verterit Hypatio, & Catullino Cos. addideritque de suo particulam &, cum esset *Consule Aco Catullino* vertendum. Verum τὸ ὑπ' cum apostrophe non *Consulem*, sed praepositionem *sub* indicat. Lineolam forsitan ' in ' commutavit Typographus, ut ὑπ' pro ὑπ', quod τῦ ὑπάτυ *Consulis* nota est, poneret. Sed quid? malum! ego typograhum nomino injusu tuo? Verumtamen ubinam tu *Catullinum* vocari *Acum* vidisti? Ego illum *Aconem* vel *Aconium* fuisse dictum saepe legi, *Acum* numquam (1). Quemad-

„ dem peritissimus Latine vertit. Hinc bono „ illi interpreti fucus factus est. Legebat in „ Graeco ὑπ' ἄκυ Καπόλινυ, priora illa verba, „ quae latine vertere debuisset Cos. Aco simul „ conjungens vertit Hypatio, quod nomen „ unius ex Consulibus censuit tum addens de „ suo conjunctionem „ & subjecit „ *Catul-* „ *lino*, atque ita ex uno consule vero par fi- „ ctitium consulum exhibuit. „ Haec Mansius peritissimus sermonis Graeci.

(1) Marmora Felsina. pag. 278. quae inscriptio & a Rolando in fastis, & a Georgio in Annal. Baron. Edit. Lucens. T. IV. pag. 471. relata est.

FA-

admodum ergo interpres τὸ ὑπ', & τὸ ἀκόνος vel ἀκονίυ conjungere potuit, exque iis conflare Hypatii nomen? Scripſiſſet *Hypacone* aut *Hypaconio*, & *Catullino*, non *Hypatio*, & *Catullino Coſs.* ſi tam ineptus, ut ipſe arbitrare, fuiſſet. Age vero ſi τὸ ὑπ' notam ſcilicet conſulis, & τὸ ἄκιυ interpres conjunxit, conflavitque nomen *Hypatii*, quam vocem habuit reliquam, quae Conſules ſignificaret, ut ſcribere poſſet *Hypatio*, & *Catullino Coſs.*? Deinde quos tu faſtos conſulares aut Latinos (1), aut Graecos legiſti,

FABIAE · ACONIAE · PAVLLINAE
C · F · FILIAE · ACONIS · CATVLLINI
V · C · EX · PRAEF · ET · CONSVLIS &c.

Marmor Aſſuricenſe apud Gruterum pag. 163. novae Editionis.

ACO · CATVLLINVS · VIR · CONSVLARIS ·

In ea Inſcriptione, quae refertur a Grutero pag. 309. Aconius vocatur Catullinus.

(1) Boldettus lib. 1. cap. XIX. num. 13. refert inſcrip. in qua eſt hoc modo: *Limenio & Catullino. Caſſiodorus, Limenius*, inquit, & *Catullinus*. Chronicon Alexandrinum, ſeu Paſchale, Λιμενίυ, καὶ Κατυλλίνυ. *Faſti Flor. Min.* Λιμενίυ, καὶ Κατυλίνυ. *Faſt. Flor. Maj.* Λιμενίυ, καὶ Κατυλίνυ. Anonym. *de Praef. Urbi ex edit. AEgidii Bucher. Tom.* XI. *Antiq. Roman. Gronov.*

ſti, in quibus ſit omiſſo Collega unius *Catullini*, adjuncto *Aconis* nomine, facta mentio? Si autem nullos vidiſti, quid eſt, quod τὸ ὑπ' ἄκυ Καπυλίνυ lectum in graeco Anonymi exemplari fuiſſe ab Interprete ſuſpicere? Praeterea ſunt, qui peccaſſe etiam te contra leges de accentibus dictitent, ac pro Καπυλίνυ ſcripſiſſe Καπύλινυ, quod peccatum etſi eſt leviſſimum, eſt tamen detrimento tibi, quod vehementer timendum ſit, ne de te naſcens opinio duplicetur. Quamobrem obſecrò te, mi Manſi, iſto ut graecae relicto, conferas te ad praeſidium Etruſcae linguae, in quo poſſis tutius vivere.

XII. Sed progrediar longius. Euſebium Nicomedienſem quis neget periiſſe ante Sardicenſe Concilium? Mitto Socratis ac Sozomeni teſtimonia (1), quod vi-

Errare Anonymum, qui an. 349 vivum fuiſſe Euſeb. Nicomedienſem putat.

nov. pag. 389. Edit. Batav. Limenio, & Catullino. Eodemque modo habet *fragment. Faſtor. ab ipſo Bucherio editum.* ibid. *p. 394.* & *Auctor Paſchalis laterculi ibid. pag. 395. & pag. 398.* ut mittam faſtos Idacii, Proſperi Chronicon, & ea monumenta, quae in calce Chronici Paſchalis edita a Cangio ſunt, in quibus conſtanter Limenii, & Catulini fit junctim mentio.

(1) Conſule *Socratem lib.* II. *cap.* XII. & XIII.

videam eſse in eos te duriorem. At eſt perſpicua Athanaſii Magni de re eadem ſententia (1). Jam vero Anonymus Maffejanus anno 349 Catullino Conſule Euſebium non ſuperſtitem fuiſse modo, ſed veniſſe etiam in Theodori, Narciſſi, & Georgii ſcelerum ſocietatem ſcribit (2), per-

XIII. & Sozomenum *lib.* III. *cap.* VII. ex Socratis teſtimonio colligit Pagius periiſſe Euſebium an. 342. *pag.* 399. *T.* IV. *Edit. Lucenſis*. Eademque eſt Valeſii in Calce operum Sozom. *pag.* 243. *Edit. Cantabrigienſis*, Lequienii, Cavei, uno verbo omnium eruditorum ſententia.

(1) Athanaſius Apologia contra *Arianos pag.* 154. *T.* I. *Opp. Edit. Montfaucon.* relatis iis, quae Romae eſſent ab Julio geſta, priuſquam de rebus in Sardicenſi Concilio actis diceret: Ὁ μὲν ἐν Δαΐβιος, inquit, ἐν τῷ μεταξὺ ἀπελθόντι. *Interea Euſebius mortuus eſt.*

(2) Anonymus Maffejanus *pag.* 6. *Tom.* III. *Obſervat. Litterar. Coſs.* Hypatio, & Catu-
„ lino, Theodorus, Narciſsus, Georgius cum
„ ceteris venerunt Conſtantinopolim, volentes
„ ſuadere Paulo communicare ſibi: qui nec
„ verbo eos ſuſcepit, etiam eorum ſalutatio-
„ nem anathematizavit. Adſumentes itaque
„ ſecum Euſebium Nicomedienſem inſidiati
„ ſunt Beatiſſimo Paulo, & interponentes ca-
„ lumniam illi de Conſtante, & Magnentio,
„ expulerunt Conſtantinopoli, quo poſſent lo-
„ cum

perque calumniam petiiſse, ut Paulus de ſede Conſtantinopolitana deturbaretur. Quaenam autem ea fuit calumnia? De Conſtante, inquit, & Magnentio. Nempe de Conſtantis caede. Quid? ſi artibus Euſebii, & ſociorum Macedonium loco Pauli

„ cum habere, & Arianam haereſim ſeminare.
„ Populus autem Conſtantinopolitanus deſide-
„ rabat Beatiſſimum Paulum, perſeveravit ſe-
„ ditionibus, ne duceretur ex Urbe, amantes
„ ſanam doctrinam ejus. Imperator ſane ira-
„ tus Comitem Hermogenem tranſmiſit, ut
„ eum ejiciat: quo audito populus per mediam
„ civitatem extraxit Hermogenem, ex qua re
„ occaſione nancta adverſus Epiſcopum exilia-
„ verunt eum in Armenia. Volens Eudoxium
„ haereſeos Arianae ſocium, & participem
„ Theodorus cum ceteris throno civitatis im-
„ ponere ordinatum Germanicae; populo ve-
„ ro moto ad ſeditionem, & non permittente
„ quemquam ſedere in throno B. Pauli, adſu-
„ mentes Macedonium Pauli Presbyterum,
„ ordinaverunt Epiſcopum Conſtantinopolita-
„ nae Civitatis, quem omnis conventus dam-
„ navit, quoniam adverſus ſuum Patrem im-
„ poſitionem manus haereticorum impie ſuſce-
„ pit. Macedonius autem poſtquam communi-
„ cavit illis, & ſubſcripſit, occaſiones ingeſſe-
„ runt nullius momenti, & amoventes de Ec-
„ cleſia conſtituunt Eudoxium ſupradictum
„ Antiochenſem.

Pauli creatum dicat Epiſcopum Conſtantinopolitanum? Quam multa paucis verbis peccata! Anno 349 Euſebium, qui anno 242 (1) deceſſerat, egiſſe de Conſtantis caede (2) anno 350 a Magnentio facta, dediſſeque operam ut Macedonius in eam ſedem invaderet, quam idem ille Euſebius, & expetiſſet, & ubi obtinuit, occupaſſet ad extremum uſque ſuae vitae diem (3)! Mirificam Anonymi Maffejani vir-

Paucis verbis Anonymus multa peccare.

(1) Vel 341. Nam variae ſunt de hac re Chronologorum ſententiae. Conſule Tillemontium *Vita S. Pauli pag.* 255. *Tom.* VII. *N. E. Edit. Ven.*

(2) Vide Socratem *lib.* II. *cap.* XXV. & XXVI. Hiſt. & faſtos Idacii in quibus haec habentur. „ Sergio, & Nigriniano Coſs. His Coſs. Con„ ſtans occiſus eſt in Gallia a Magnentio. „ Atque in re nota non eſt, cur me diu verſari oporteat. Quemadmodum autem fieri potuerit, ut anno 349 Euſebius dicam de Caede Conſtantis Paulo ſcriberet, neſcio, cum ejus caedis exeunte hyeme anni 350 factum fuiſſe conſtet ex Juliano *Orat.* I. *pag.* 26. Conſtantium certiorem. Conſule Baron. an. 350. & Pagium ibid. & Ezechielem Spanhemium in Notis ad l. c. Juliani, & Gothofredum in Chronol. legum. T. I. Cod. Theodoſ. ad an. 350. Cangium *in Notis ad Chronicon Paſchale pag.* 559. *Edit. Pariſ.*

(3) Vide Athanaſium *Apolog. contra Arianos*

virtutem, quae mortuis tam magnam poteſtatem daret; ut in vivos, quos odiſſent, quaſi in reos ſcelerum, quae nondum eſsent perpetrata ſaevire, & benefici eſse in amicos poſsent. Et eſt ille tamen nugator eodem apud te, atque Athanaſius pondere!

Quidni? inquis. An vidiſse te quidquam falſi in Anonymi opere arbitraris, *Lapſus Anonymi in iis, quae ſpectat*

D cujus

nos num.6. pag.129. Tom.1. Opp. ἰδοὺ γὰρ καὶκεῖθεν ἀποσὰς ἀλλοτρίαν πάλιν καπέχει; „ Ecce enim „ & illinc ſi (*e Nicomedienſi*) diſcedens alie„ nam (*ſcilicet Conſtantinopolitanam*) rurſum „ occupat. „ & in Hiſt. Arianorum ad Monachos *pag.348. T.* eodem, ἡ ὅμως ἐπειδὴ Εὐσεβίου ἐπ ὀφθαλμίᾳ θέλων ἁρπάσαι τὴν Ἐπισκοπὴν τῆς πόλεως. κ. τ. λ. Quae verba Montfauconus vertit hoc modo „ Attamen cum Euſe„ bium illius Urbis Epiſcopatus invadendi cu„ pido inceſſiſset &c. Conſule Socratem lib.2. cap.XII. Sozomen. l.III. cap.VII qui diſerte narrant poſt Euſebii mortem ab Arianis fuiſse creatum Macedonium Epiſcopum Conſtantinopolitanum. Cum ergo Athanaſius aliique narrent Euſebium occupaſse Conſtantinopolitanam ſedem, unaque omnium vox ſit, hanc nunquam ab eo relictam ſuiſse, lapſus fuerit Anonymus neceſse eſt, qui Macedonium, opera quoque Euſebii, invaſiſse in Sedem Conſtantinopolitanam ſcribit. Videat nunc Manſius qua fronte affirmare potuerit Anonymum ne in ulla quidem re minima ab Athanaſio diſcrepare.

ad Exilia Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi.

cujus ego nihil ſimile viderim (1)? Equidem cognovi errorem eſse, quod ille narrat anno 349 pulſum fuiſse in exilium Hermogenis cauſa Paulum. Nam ea res ante annos fere octo contigerat. Quid tum autem? Lapſus memoria eſt. Bis e ſua Eccleſia Paulum fuiſse ejectum conſtat.

(1) Manſius Differt. *pag.* 18. „ Catullinus, „ *inquit*, an. 389 dignitatem illam obtinuit, „ ex quo non inanis conjectura deducitur Pau„ li depoſitionem poſtremam, & exilium cum „ anno illo conjungi. Reclamant tamen viri do„ cti, rati Pauli per Hermogenem expulſio„ nem multo ante haec tempora citius accidiſſe, „ anno ſcilicet 341 cui a Hieronymo in Chro„ nico illigatur. Fateor ultro memoria hic la„ pſum ſcriptorem noſtrum duplicem Pauli ex„ pulſionem alteram ab altera annorum *quoruna„ dam divortio ſejunctam ſimul compingere* „ (nota elegantias Manſianas) quod vel ac„ curatiſſimis ſcriptoribus interdum obrepit. „ Depulſio illa ob Hermogenis necem Coſs. „ Conſtantio III. & Conſtante II. (Conſule„ Socratem lib. 2. cap. XIII.) anno nempe 342 „ cum S. Hieronymo in Chronico, & Socrate „ lib. 2. cap. 13. conſignanda eſt. Deportatio„ nem vero S. Pauli in exilium Caucaſum„, „ quod Armeniae II. pagum eſſe tradit Theo„ doretus H. E. l. 2. c. 5. Catulino Coſ. an. 349. „ moliri etiam coeperunt, ſequenti vero anno „ teſte Socrate l. 2. c. 26. perfecerunt.

ſtat. Exilia duo *ſimul compegit* Anonymus. Erravit, ſat ſcio. At errarunt interdum eodem in genere alii Hiſtorici, item boni, quin aliquid de illorum auctoritate dereptum ſit. Amabo te mi Manſi, conſideraſti ne, an es caſu ſortitus quid loquerere? Ego enim perſadere mihi nullo modo poſsum, excidiſse id umquam conſideranti, ut ei qui ex uno Conſule duos (1), exque quatuor (2), vel quinque (3) exiliis (nam lapſus es quo loco

(1) Ita enim Manſius cenſet ab Interprete Anonymi e ſolo Catulino duos Conſules *Hypatium*, & *Catulinum* fuiſſe creatos. Vide *not.* 1. in §. XI. *Hujus Epiſt. pag.* 42.

(2) Quater enim pulſus e ſua Sede Paulus fuit. I. quidem extremis Conſtantini temporibus. II. anno circiter 340 juſsu Conſtantii, tumque jam Epiſcopatu potitus Euſebius Nicomedienſis fuit. III. anno 342, quo tempore Macedonius creatus ab Arianis Conſtantinopolitanus Antiſtes eſt. IV. circa an. 350. poſt Conſtantis mortem. Conſulitor Tillemontius *in Vita S. Pauli T.* VII. *H. E. pag.* 252. *ſeqq. Edit. Venetae. & pag.* 697. *ſeqq.*

(3) Quod nos quartum diximus, idem e Scriptoribus aliquot antiquis colligitur quintum Pauli exilium dici oportere. Nam poſt tertium exilium reſtitutum fuiſse narrant Julii Romani Pontificis litteris, deinde ante Synodum Sardi-

bis Paulum ſcripſiſti factum exulem) quae diverſis temporibus conſignanda erant, unum fecerit, praeſcriberet auſcultari in Chronologicis oportere. Quodſi lapſos ſimili errore quandoque fuiſſe Hiſtoricos graves alioquin ac diligentes conſtat, tamen & eveniſſe id raro, & ſi id ſaepius, hi quidem certe (cum ſit eorum ſatis & aetas, & auctoritas explorata) video quam tandem mereantur fidem. De Anonymi autem aetate, dignitate, auctoritate, nihil habeo certi, quod dicam. Atque is, ut perſpicio, non raro ut alii, ſed ſaepe, ſed turpiter, ſed paucis verbis multa peccat.

Deceptum fuiſſe Anonymum, ut qui ſcripſerit Macedoniū anno 349 fuiſſe Epiſcopum ordinatum.

XIII. Neque hic illum putato feciſſe errandi finem. Nam quod adjungit de Macedonio anno 349 Epiſcopo ordinato, deque Theodori, Narciſſi, & Georgii artibus, qui id eniterentur, ut Eudoxius Ger-

dicenſem ejectum Conſtantinopoli, rurſumque Conſtantis Imperatoris opera poſt idem Concilium in patriam revocatum, poſtremo anno circiter 350 coactum, item ut Conſtantinopoli cederet. Conſule Tillemontium *not.* 2. & 3. loco mox indicato. *pag.* 697. *ſeq.* Michaelem Lequienium T. 1. *Orient. Chriſt. pag.* 209. & Bollandianos.

Germanicíae in Pauli ſedem aſcenderet falſum omnino eſt. Principio anno 342 Macedonium fuiſſe creatum ab Arianis Conſtantinopolitanum Epiſcopum plane liquet (1). Deinde nemo eſt veterum, qui Narciſſum, ac Georgium aut de Eudoxio cogitaſſe, aut ullas habuiſſe in ea re partes tradiderit. Ac de Theodoro (2) quidem nullum dubium eſt, quin Macedonio fuerit adjumento, ut Eccleſiam Byzantinam moderaretur.

Refelluntur Anonymi errores de ejecto Macedonio, ejuſque loco Eudoxio renuciato Epiſcopo Conſtantinopolitanorum.

XIV. Simile autem eſt horum, quod mox addit anno eodem ejectum fuiſſe Macedonium (3), & in ejus locum Eudoxium ſubrogatum. Id enim anno circiter 360 contigiſſe, teſtata res (4) eſt.

(1) Nam loco Euſebii creatus ab Arianis Epiſcopus fuit. Euſebius autem anno 342 interiit. Eodem vero anno Hermogenes pro Macedonio egit (quod ne Manſius quidem negat pag. 18. Diſſert.) quare interfectus a plebe eſt.

(2) Conſule Socratem lib. 2. c. 13.

(3) Vide ſup. *Not. 2. in* §. XII. *Hujus Ep. p. 46.*

(4) Auctor Chronici Paſchalis ſtatuit: Conſtantio Auguſto X. & Juliano *Caeſare Coſs.* & dedicatam fuiſſe magnam Eccleſiam, & depoſitum Macedonium, & ejus loco Conſtantinopolitanum Epiſcopum fuiſſe Eudoxium renunciatum pag. 294. ſeq. Edit. Pariſ. Huic praeiverunt So-

Quid si ante hoc tempus Eudoxium dictitet fuisse constitutum Episcopum Antiochenum? quae res ne ad veritatis quidem similitudinem potest accedere. Sedem enim Antiochenam ad annum trecentesimum quinquagesimum septimum occupavit Leontius (1), quo sane tempore patens ad eam aditus Eudoxio esse non poterat. XV.

De Eudoxio ante an. 349 Episcopo Antiochenorum facto opinione Anonymi.

Socrates l. II. c. XLIII. quo loco Eudoxii translationem, Dedicationemque Magnae Ecclesiae perinde in annum 360 refert. Ἐν ὑπατείᾳ Κωνσταντίου τὸ δέκατον, καὶ Ἰουλιανοῦ τὸ ξίφιον. & Theodoritus lib. II. cap. XXVII. qui post Synodum Seleuciensem anno 359 coactam translatum Eudoxium fuisse testatur, a quo non dissentit Sozomenus lib. IV. cap. XXVI. seq. Consule auctorem Vitae S. Athanasii apud Photium, quae refertur a Montfaucono T. I. *Opp. Athan. pag.* CXXXIV. *num.* 12. Quodsi Mansius factum id fuisse velit anno superiore, ei equidem non admodum repugnabo. Hoc tamen certum erit anno 359, vel 360, non anno 349 fuisse & pulsum Macedonium, & constitutum Eudoxium Episcopum Constantinopoleos. Quamobrem magno in errore versari Anonymum.

(1) Consulantur Bollandiani Tom. IV. Julii *Hist. Patriarchar. Antiochenor. pag.* 490. quo quidem loco solide imprimis, dilucideque Athanasii aliorumque testimoniis ostendunt ad an. usque 357 Leontium fuisse superstitem.

De exilio Pauli Constantinopolitani in Armeniam.

XV. Nam exilium Pauli in Armeniam quis putet in annum 349 rejici oportere? Vivo ne Conſtante, qui Paulo ut rediret auctor fuerat, ſimile quidpiam aut agere, aut moliri Conſtantius potuiſſet? Cum ergo Conſtans anno demum 350 deceſſerit, quid eſt quod Anonymo aſſentiri quiſquam videatur impune poſſe, ajenti, contra veterum auctoritatem, & fidem (1), Paulum anno 349 abiiſſe in Armeniam exulatum? Sed Conſule Catulino, inquis, (2) *moliri haec Ariani coeperunt; ſequenti vero anno* 350 *teſte Socrate perfecerunt*. Quid hoc eſt *moliri*? An *cogitare*? Nihil arbitror aliud. Non enim pulſus ante annum 350 Paulus eſt? neque Ariani ullum conſilii ſui, ſi quod animo concoepiſſent, indicium cuiquam dederant. Quid? rejicienda ne igitur in annum 349 haec ſunt, quia eo anno ab Arianis eſt de expellendo Paulo

(1) Socrates lib. II. cap. XXVI. Poſt Imperatorem mutaſſe, quae de reſtituendis Epiſcopis conſtituerat, ſcribit, quam nuncium accepit de Conſtantis morte. Quamobrem ejectum fuiſſe Paulum Sergio, & Nigriniano Coſs. Adeundi Bollandiani To. I. Menſis Auguſt. *Hiſt. Patriarch. Conſtantinop. num.* 88. *ſeq. pag.* 18. *ſeq.*

(2) Vide Manſ. Diſſert. pag. 19.

lo *cogitari* coeptum? Vide, quaeſo, ne te iſtud tuum erga Anonymum ſtudium tranſverſum agat. Atque ſic exiſtima. Si referre in eum annum rem licet, quo quis de illa cogitare coepit, periculum fore ne funditus pereant, nolo enim gravius dicere, quae ſunt a Chronologis regulae ſapientiſſime conſtitutae (1).

De Conſtante, quem in vivis fuiſſe negatur an. 353.

XVI. Prodigii quoque ſimile eſt, quod mox adjungit, Conſtantem, qui anno 350 interfectus a Magnentio fuerat, & egiſſe Mediolani circa annum 353, & miſiſſe (2) ad Athanaſium litteras, quibus

(1) Ex his, quae dicta hactenus ſunt, colligi facile poteſt duabus paginis duodecies Anonymum contra Hiſtoriam, & Chronologiam peccaſſe.

(2) Anonymus pag. 63. „ Imperatore „ Conſtante in Mediolano conſtituto, direxit „ ad Comitatum Navigium cum Epiſcopis V. „ ....& Presbyteros Alexandriae tres. Poſt „ quorum Navigationem de Alexandria, Con„ ſul. Conſtantio VI. Aug. & Conſtante Caeſa„ re II. Pachom. 24. die. Mox poſt 4. dies „ Montanus Palatinus ingreſſus Alexandriam „ Pachom. 28, ejuſdem Auguſti litteras Con„ ſtantis dedit Epiſcopo Athanaſio per quas ve„ tabat eos occurrere ad Comitatum, ex qua„ re nimis vaſtatus eſt Epiſcopus, & omnis po„ pulus fatigatus eſt valde.

bus caveret, ne Epiſcopi, & Presbyteri a ſanctiſſimo viro ad Imperatorem legati ad *Comitatum* accederent. Vitio id eſſe librario dandum dices, qui pro *Conſtantio Conſtantem* ſcripſerit. Di male illi faciant librario, qui cum in alia ſaepe, tum bis in hoc tam magnum erratum inciderit. Sit igitur, ut vis. Errarit librarius. Menſe autem Majo Conſtantium Mediolani fuiſſe quibus tandem monumentis efficere te poſſe arbitrare? Omnino mihi falſum videtur, eum qui anno 353 impeditus gravi, atque difficili bello eſſet, quique hoſtem exitu ſuperioris anni ex Italia (1) profugum, hoc anno

(1) Non enim ad Septembrem, & fortaſſe etiam ad Novembrem menſem e Galliis in Italiam redire potuerat, cum VIII. Idus Septem. Lugduni, & III. Non. Nov. Arelate ſcripſerit leges duas. Gothofredus in Chronologia Codicis Theodoſiani ad an. 353. multis oſtendit Magnentium Tyrannum ſuperioris anni fine ex Italia in Galliam profugum, poſtquam triennium, & ſex menſes imperaſſet, a Conſtantio apud Cottias Alpes, deinde apud Montem Seleucum devictum, Lugduni ſe tandem interfeciſſe medio Auguſto, vel initio Septembris menſis. Conſule etiam Ezechielem Spanhemium in Notis *ad Juliani Imp. Orationem* 1. p. 256. *ſeq.*

anno perſequeretur, menſe majo verſari Mediolani potuiſſe.

Video quid queas opponere. Nihil eſſe dices obſervatum a me, quod non ipſe multo ante proſpexeris. Haeſitaſſe (1) namque aliquamdiu te, ut qui metueres, ne anno 354 menſe Majo, quo quidem anno, & menſe ſcripta lex 6 de *annona*, *& tributis* fuit, Epiſcopi ac Presbyteri in eam Urbem ad Conſtantium ab Athanaſio miſſi, Alexandria ſolviſſent. Victum tamen fuiſſe auctoritate Ano-

(1) Manſ. Diſſert. pag. 33. „ Porro ad annum quod attinet, ſuſpenſum me tenuit aliquamdiu cogitatio, num pro Conſolatu Conſtantii VI., & Conſtantis Secundo legendum fuerit Conſtantii VII. & Conſtantis III. qui ſequentis anni 354 character eſt. Etenim anno illo menſe Majo (quo legati Alexandria ſolverunt) Conſtantius Mediolani agebat, unde data lex *de Annona*, *& Tributis* in Codice Theodoſiano relata. Verum ſuſpicionem hanc meam ſuſtulit, id quod Anonymus ille ſubdit. Narrat enim quatriduo ab eorum profectione Alexandriam veniſſe Montanum Palatinum, qui Athanaſio litteras ab Imperatore reddidit, vetantes eos occurrere ad Comitatum. Tum & idem Montanus pluribus niſus eſt Athanaſium Alexandria abducere &c.

Anonymi te, qui Montanum paulo poſt, quam illi diſceſſerant, appuliſſe Alexandriam ſcribit, reddidiſſeque anno 353 ab Imperatore Athanaſio litteras, quibus cautum eſſet, ne illi ipſi ſe conferrent ad *comitatum*.

Male hercle omnia. Omnia, inquam; cum ne ignoſcendum quidem ſit haeſitationi tuae. Nulla enim ratio erat cur dubitares, num in annum 354 referenda eſſent, quae ſcripta ſunt ab Anonymo de legatis; quod perſpectum tibi debuiſſet eſſe tot itinera, totque res, tam magnas, quam illae fuerunt, perfici unius menſis ſpatio nequiviſſe. Neque enim dubitandum eſt verum ne ſit illud, quod ne veriſimile quidem eſſe videatur. Age vero eſſene veriſimile cenſes menſe Majo anni 354 quo Mediolani (1) agebat, cogni-

(1) Undenam enim noſſe Athanaſius poterat menſe Majo Conſtantium Mediolani verſari, ut menſe Majo ſtatueret ad eum Legatos mittere, niſi Mediolano de ejus adventu menſe eodem litteras accepiſſet? aut unde Conſtantio innotuerat Epiſcopos ac presbyteros deſtinatos fuiſſe ab Athanaſio, ut Legati Mediolanum irent, niſi demus menſe Majo fuiſſe illum ejus rei Alexandria factum certiorem? Sequitur

gnitum esse potuisse Imperatori, quod mense Majo Athanasius cogitarat, ut de illa re mense Majo litteras ad Athanasium ipsum daret, quae mense Majo a Montano perferrentur Alexandriam post dies quatuor, quam inde Episcopi discessissent? At non sum, inquis, assensus. Scilicet hoc etiam restabat, ut qui ne dubitandi quidem caussam habuisses, idem tam absurdis, tamque inter se pugnantibus rebus assentirere. Sed de haesitatione tua plura fortasse quam necesse fuit.

De litteris Athanasio redditis a Montano Palatino.

XVII. Nunc de litteris Athanasio redditis a Montano. Nego iis caviſſe Constantium, ne ad se Athanasii legati venirent. Fieri enim nullo modo poterat, ut tam cito Imperator missos fuisse, aut mitti debuisse resciret eos, qui dies ante Montani adventum quatuor Alexandria solvissent. Quid ergo Constantius scripserat?

tur ergo, si vera essent, quae Mansio in mentem venerant, ut mense Majo acceperit Athanasius Mediolani Constantium agere, ac proinde mense Majo statuerit Legatos mittere, Constantius vero idipsum resciverit mense Majo, utque impediret, legarit mense Majo Montanum Alexandriam, qui eo mense Majo pervenerit.

rat? Nihil ſcilicet de Legatis. Nam hoc ſi ſcripſiſſet, non fuiſſet ab Athanaſio ſilentio praetermiſsum. Scripſerat de Athanaſio, atque hoc ſane modo: Velle ſe illi rem gratam facere. Ergo veniret, ut petierat, ad *comitatum*. Etenim homines nequam, neſcio qui, nomine Athanaſii litteras dolo ac fraude ſcriptas, ad Conſtantium dederant (1), quibus ſignificarent eſſe vehementer ei Epiſcopo in optatis, ut ſibi in Italiam navigare liceret. Sozomenum ejus (1) rei appellare equidem teſtem poſſem. Sed quia tibi graeculus teſtis non placet, utar unius Atha-

(1) Athanaſ. *Apolog. ad Imperat. Conſtant. pag.*307. *To.*1. *Opp.* Μοντάνος ὁ Παλατινὸς ἦλθε κομίζων ἐπιστολήν, ὡς ἐμοῦ γράψαντος, ἵνα εἰς τὴν Ἰταλίαν ἔλθω ,, Montanus Palatinus venit, af- ,, ferens Epiſtolam, quaſi ego ſcripſiſſem, ut ,, in Italiam venirem. Et paulo poſt: ,, Πόθεν δὲ ἄρα, μὴ παύτῳ τῷ ἐπιστολῷ δ' ἔχον οἱ κατηγορικόπες. ,, Undenam ejuſmodi Epiſtolam nacti ,, ſunt obtrectatores. *Vide ibid. cetera.*

(2) Lib.IV. Hiſt. cap. IX. Γράμματα τοῦ Βασιλέως ἐδέξατο, καλοῦντα αὐτὸν εἰς τὰ Βασίλεια. ἐπὶ δὲ τούτῳ αὐτὸς Ἀθανάσιος καὶ ὁ λαὸς τῆς Ἐκκλησίας ἐταράχθησαν. κ. τ. λ. ,, Imperatoris accepit lit- ,, teras quibus ad Palatium evocabatur. Eam ,, ob rem & Athanaſius ipſe, & populus Eccle- ,, ſiae conturbati ſunt.

Athanaſii teſtimonio (1), a quo eſt monumentis mandata litterarum.

De adventu Diogenis Notarii Alexandriam.

XVIII. Legi quae narrat de Diogene. Sunt ea vero Athanaſii verbis contraria. Is enim menſes 26 non annos duos (2), & menſes quinque a diſceſſu Montani Palatini ad Diogenis Notarii (3) adventum fluxiſſe narrat. At error, inquis, in textu eſt. Quid? An alibi uſpiam eſſe dixi? Eſt ille profecto in textu. Sed ſumis velle te ut librarii ſit, non Anonymi. Id vero tibi numquam concedam, niſi monumento aliquo gravi effeceris verum eſſe (4).

Prae-

(1) Conſule Athanaſium loco mox indicato.

(2) Μοντάνου τοίνυν ἀποδημήσαντος, ἦλθε Διογένης ὁ νοτάριος μετὰ ἓξ καὶ εἴκοσι μῆνας. *Cum profectus Montanus eſſet, venit Diogenes Notarius poſt ſex & viginti menſes.* Athan. *Apolog. ad Conſtant. n.22. pag.308.*

(3) Anonymus *pag.64.* „ Poſtmodum autem Diogenes Imperialis Notarius venit Alexandriam menſe Menſore (Meſori) Conſulatu Arbitionis, & Loliani, hoc eſt poſt „ annos II. & menſes V. ex profectione Montani de Alexandria. „ Et Manſius tamen ſi Deo placet, ne *diecula* quidem Anonymum ab Athanaſio diſcrepare dicet.

(4) Manſius pag.34. Diſſert. Allato Athanaſii

Praeterea ſcito me non probare, quod eſt a Maffejo animadverſum. Unius namque Anonymi beneficio ait comperiſſe tandem nos & nomen Montani & dignitatem (1): quae res utraque neque magni momenti eſt, neque ſi eſset, accepta eſſet Anonymo referenda, cum ejus Palatini Athanaſius aliquoties meminiſset (2). Sed danda eſt homini venia. Nam ita amamus nos ipſi nos, ut quae vel inventa, vel publicata primum a nobis ſint, tam faciamus magni, ut ſi quid perſii teſtimonio: „ Belle haec, *inquit*, con„ gruunt cum Anonymo. Nam ab anno 353 „ die XXIII. Maji uſque ad annum Coſs. Ar„ bit. & Loliani menſe Meſori, id eſt 355 Julio „ exeunte, quo Diogenis adventus ab Ano„ nymo conſignatur, anni ſunt duo, & men„ ſes totidem, id eſt menſes 26. Ex his corri„ gendus eſt textus Anonymi, qui interval„ lum a diſceſſu Montani ad Diogenis adven„ tum ponit annorum II. & menſium V. „ Ego vero ex Manſio inquiro cur hic corrigenda ſumma ſit ex *calculo menſium*, ut ipſe ait, alibi vero, ut poſt videbimus, *calculus menſium ex ſumma*? Id ſi expedierit, nihil erit cur ei repugnem.

(1) Maffejus *Tom.* III. *Obſervat. Litterar. pagin.* 86. ne haeſitans quidem ſcribit. *Di quel Montano Palatino niſſuna notizia ſi avea.*

(2) Vide *Athanaſ. Apolog. ad Conſtant. pagin.* 308. *Editionis Montfaucon To.* I. *Opp.*

pervulgatum, id nobis reconditum, ſi quid inſulſum, id ſalſum, ſi quid denique barbarum, ſi quid ineptum, ſi quid deforme continent, id elegans, id aptum, id nobis venuſtum eſſe videatur.

De ſupputationibus meſium, & dierum.

XIX. Sed ut intelligas in minutis etiam errare hominem, quem maximi ob minuta eſſe aeſtimandum putas; hoc etiam animadverte. Nam a die 21 menſis Payni, hoc eſt a 15 Junii an. 356 (1) ad 24 Februarii numerat menſes octo, dieſque undecim, cum menſes octo, dieſque novem numerare debuiſſet. Deinde inter diem, quo ingreſsus Georgius Alexandriam eſt, qui 24 Februarii fuit (2) an. 357, & diem, quo aggreſsa illum plebs eſt, qui 29 menſis Auguſti reſpondebat an. 308, interpoſitos ſcribit fuiſſe menſes 18 integros, quin diligentiſſimus in *dieculis* etiam notandis ſcriptor, vel diem eſſe addendum cenſuerit. At AEgyptiorum more menſes definienti menſes 18 dieſque 11; contra vero Romanorum rationem ſequuto, menſes 18 dieſque praeterea tres numerandi erant. Multa ſunt in ea rapſodia ge-

(1) Vide Anon. pag. 66.
(2) Id. pag. 66.

generis ejuſdem. A 29 (1) Auguſti ad 2 Octobris an. 358 dies 10. A ſecunda Octobris an. 358 (2) ad 23 Junii an. 359 menſes tantum novem: ut menſes quinque (3) a 23 Junii an. 359 ad 26 Novembr. anno 361. & ab 29 Auguſti an. 358. ad 26 Nov. an. 361. annos tres, menſesque ſolum duos computat. Mitto cetera, quae multa, ut dixi, ſunt. Nam haec eo conſilio indicavi, non quod tibi vellem errorem eripere, (haec enim magnam partem abs te fuiſſe animadverſa certo ſciebam) ſed quod ſive librariorum imperitia, ſive oſcitantia hiſtorici admiſſa ſint, eſſe tamen ab eorum alterutro perturbatam temporum rationem, nihilque propterea eſſe, cur id monumentum hiſtoriae Socratis ſit praeferendum cognoſceres.

De adventu Georgii Cappadocis Alexandriam.

XX. Nunc, quod ad me attinet, graviora perſequar. Atque annum integrum poſt Athanaſii fugam Georgium expectaſſe, quin invaderet in Eccleſiam Alexandrinam, quae ſibi conceſſa fuiſſet jam uſque ab anno ſuperiore, quis credat? Omnino haec licentia ab Anonymo,

(1) Pag. 66. ſeq. (2) Pag. 67. (3) Ibid.

ut quae conjuncta ab aliis sint, ea ipse dissociet, rejiciatque in diversos annos, quae Athanasius, in unum eumdemque annum retulisse videatur (1). Est proinde

(1) Ibid. Nam Athanasius Apologia pro fuga sua *pag.* 323. *num.* 6. *Tom.* 1. Ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν Ἀλεξανδρείαν πάλιν ἐπεφύσησαν, inquit, Ζητοῦντες πάλιν ἡμᾶς ἀποκτεῖναι, καὶ γέγονε χείρονα τὰ νῦν τῶν προτέρων. στρατιῶται γὰρ ἐξαίφνης τὴν ἐκκλησίαν ἐκύκλωσαν, καὶ τὰ τῶν πολέμων ἀντὶ τῶν ᾀσμάτων ἐγίνετο. εἶτ' ἐλθὼν τῇ τεσσαρακοστῇ ὁ παρ' αὐτῶν ἀποσταλεὶς ἐκ καππαδοκίας Γεωργιος ἤυξησεν ἃ παρ' αὐτῶν μεμαθηκε κακά. „ Post haec „ Alexandriam rursum invadunt, nosque de„ nuo ad necem perquirunt, factaque sunt prae„ sentia pejora prioribus. Milites quippe de„ repente Ecclesiam obsederunt, bellicusque „ tumultus vice precum exortus est. Dehinc „ quadragesimae tempore ingressus Georgius „ e Cappadocia, mala quae a magistris illis edo„ ctus fuerat adauxit.„ Haec qui legerit, nonne colliget in unum eundemque annum referri ab Athanasio, & obsessionem Ecclesiae, quae tum contigit, cum ipse quaereretur ad necem, 9. scilicet Februarii die an. 356, & ingressum Georgii Alexandriam. Etenim qui loquitur de rebus ante quadragesimam gestis, moxque adjungit, quadragesimae tempore aliquid evenisse, quin addat se de quadragesima anni insequentis agere; is profecto de his loquitur quae & ante quadragesimam, & quadragesimae tempore, uno eodemque anno contigerunt.

de ſuſpectum falſitatis quod ſtatuit anno 356 octavo Februarii ceſſiſſe Athanaſium Alexandria, eodem autem acceſſiſſe Georgium anno 357 viceſima quarta Februarii menſis die (1).

De ejecto ab Alexandrinis Georgio

XXI. Nihilo fortaſſe veriora ſunt, quae ſcribit de Alexandrina ſeditione, deque ejecto anno 358, reſtitutoque porro anno 361 Arianis Georgio. Ac vellem equidem vera eſſent. Minus bene viri magni ſecum eſſe actum putarent. Eſt enim diſcrepans eorum de temporis nota ſententia. Sed parvi referret, modo monumenta vetera Anonymo praeſidio eſſe poſſent. Sunt tamen qui nollent hunc ſui eſſe aliquando diſſimilem. Quem enim in ceteris vident labi ſolere, hunc contra conſuetudinem quidquam hoc loco agere non aequum cenſent. Judicent quod illis lubet (2).

(1) Anonym. pag. 65. 66.

(2) Anonymus pag. 66. 29 Auguſti an. 358 ortam ſeditionem fuiſſe, ejectumque Alexandria Georgium 2. Octob. anni ejuſdem. Contra ſentit Montfauconus in Vita S. Athanaſ. pagin. LXX quo loco haec omnia in an. 356 rejicienda eſſe arbitratur. Non diſcrepant alii ſcriptores non pauci.

Ego interea ſic exiſtimo: ſi erravit, tamen Anonymum impune laturum. Convinci namque erroris non poteſt. Quamquam enim res ejuſmodi aliqui referunt, nemo tamen ſtatuit quo anno, quove menſe contigerint.

De interitu Georgii, qua in re pugnat cum Ammiano Marcellino.

XXII. Sed quod habet de interitu Georgii (1) quale tandem eſt? Interfectum ait fuiſſe an. 361 paucis poſt diebus, quam eſt mors Conſtantii Alexandrinis civibus nunciata. Atqui anno 362 affectum fuiſſe ſupplicio Georgium didici ex Ammiano Marcellino, gravi in hoc genere auctore, & Gregorio Nazianzeno aequali (2). Quamobrem metuo, ἀλόγως tua

(1) Anon. *pag.* 68. „ IV. die menſis Cyac „ Praefectus Gerontius nunciavit mortem „ Conſtantii Imperatoris, quo audito cives A- „ lexandrini, & omnes contra Georgium cla- „ maverunt, eodemque momento ſub cuſtodia „ illum conſtituerunt, & fuit in carcere ferro „ vinctus ex praedicto die Cyac IV. ad 27. „ ejuſdem menſis, diebus XXIV. nam 28 die „ ejuſdem menſis mane pene omnis populus il- „ lius civitatis perduxit de carcere Georgium, „ nec non etiam Comitem, qui cum ipſo erat, „ inſiſtentem fabricae dominicae, quae dicitur „ Caeſarium, & occiderunt ambos &c.

(2) Ammianus Marcellinus *lib.* XXII. *cap.* XI *pag.*

tua quidem ſententia, ſed metuo tamen, ne hujus admiratores irati ſint tibi, qui ei putes anteponi Anonymum oportere. Nam quod ſperas fore, ut illi ſentiant aliquando tecum, propterea quod Marcellinus multa miſcuerit (1), quae di-

 verſis

*pag.*344 *ſeqq. Edit.* an.1681. Coſs.Mamertino, & Nevitta an.362. poſt Artemii, qui Dux fuerat AEgypti ſub Conſtantio, mortem, interfectum fuiſſe tradit Georgium falſum Epiſcopum Alexandrinorum.

(1) Manſius *pag.*43. *Diſſert.* „ Qui minutias haſce Chronologicas narrat hiſtoricus, „ profecto demonſtrat omnia ſe penitus noſſe, „ & plene ſibi explorata nrraare. Quare illi „ magis, quam Ammiano, ſi quid forte ambo „ inter ſe diſſidere comperiantur, fidendum „ eſt, cum praeſertim ambo ſint aetate ſuppares. Anonymus vero Alexandriae de rebus „ Alexandrinis, Ammianus autem nec Alexandriae, nec de rebus ejus gentis, niſi obiter, „ ſcribunt. Ceterum conciliari ambo inter ſe „ facile poſſunt, ſpectato ſcribendi more Ammiano perfamiliari. Narrat enim perſaepe „ quaedam extra ſuum locum, ſi quam forte „ occaſionem illa commemorandi habeat in „ promptu. Ita libro XXII. legis *ſi certum petatur*, quae in Codice Theodoſiano die Kal. „ Januar, vel ut Codices quidam Mſs. legunt, „ Februarii, conſignatur, antea meminit, quam „ res geſtas a Kal. illis Januariis deſcribendas

„ ſu-

verſis temporibus contigiſſent, fueritque pleriſque omnibus cauſſa errandi, etſi componi cum Anonymo & Alexandrino, & ſuppare Athanaſio poſſe videatur; cave ne inane ſit. Ego nunc nihil de *ſuppare*, ne actum agam. Quinetiam ne de Alexandrino quidem. Erit enim, ut dixi, alibi de hac re opportunior dicendi locus. Id unum ex te quaeram, quid illud ſit, quod ſcripſiſti: *extra ſuum locum* eſſe quaedam narrata a Marcellino, atque idcirco rejectum ab eo in annum 362 fuiſſe, quod anno 361 evenerat? Afferri

„ ſuſcipiat. Ibi etiam terremotum illum, quo
„ Nicomedia Urbs corruit, accidiſſe notat IV
„ Non. Decembris, tum & addit, *itidemque*
„ *Nicaeae portio non mediocris* corruit. Cum
„ vero prius de rebus geſtis an. 362. egiſſet, ad
„ eumdem pariter annum utriuſque Urbis ca-
„ ſum referre viſus eſt. Reipſa tamen concuſ-
„ ſio illa Nicaena nec Decembri menſe, nec
„ anno 362. accidit, cum eadem ipſa concuſſio
„ cenſenda ſit, quae Africanos prohibuit a
„ Concilio, quod ibi Conſtantii juſſu cogen-
„ dum fuerat, qua de re in libello Synodico.
„ Id vero ad ann. 359, vel 360 pertinet. Qui-
„ bus ſic ſtantibus cur fides Anonymi noſtri
„ necem Georgii in extrema anni 361 referen-
„ tis ſollicitetur, nihil eſt.

ri quidem abs te, audio, exempla duo, quae ſi aut ſola, aut praecipua eſſe ad tuam opinionem confirmandam putas, fateare neceſſe eſt te cauſſa cecidiſſe.

Eſt enim eorum primum hujuſmodi: Legis *ſi certum petatur*, quae Kal. Januariis an. 362 lata eſt, meminit Marcellinus, anteaquam res eo anno geſtas deſcribere aggrederetur. Alterum vero habet hoc modo: terraemotus, quo die IV Non. Decembris an. 362. concuſſa Nicomedia Urbs eſt, eodem loco atque ille refertur a Marcellino, quo partem Nicaeae corruiſſe anno 359, vel 360 conſtat libelli Synodici auctoritate. Statuis vero deinceps, fidem Anonymi, cum *extra ſuum locum* narrari res ſoleant a Marcellino, non *eſſe ſollicitandam*. Praeclare tu quidem, atque argute. Eſt autem id argumenti genus plane novum. Neminem enim fuiſſe ante te hominem arbitror, qui e duobus exemplis fas eſſe concludere judicaret, eſſe quidquam alicui per *familiare*, idque *perſaepe* ei contingere.

At eſt praeterea inter nos magna non de *lege* ſolum, ſed etiam de *terraemotu* diſſenſio. Neque enim intelligo, cur *extra ſuum locum* actum eſſe a Marcellino

de lege Kal. Januariis lata cenſendum ſit. Meminit enim illius, antequam ea, quae ſecunda Januarii menſis die geſta eſſent, narrare aggrederetur. Poſt enim quam de lege retulit, ſtatim adjunxit haec verba. *Allapſo Kalendarum Januariarum die, cum Mamertini, & Nevittae nomina ſuſcepiſſent paginae Conſulares, humilior princeps viſus eſt, in officio pedibus gradiendo cum honoratis &c.* (1) Scripſit igitur Marcellinus de lege habita ejus, quo data eſt, temporis ratione. Quare primum exemplum praeſidio tibi eſſe non poteſt.

Neque eſt alterum priori diſſimile. Nam rogo principio te, ſitne aliquis veterum, qui anno 362 Nicaeam fuiſſe terraemotu concuſſam neget? Nemo eſt, inquies, profecto quem legeris. Belle tu quidem, & vere. Cur retrahis igitur ſine teſte, ſine ratione, ſine conjectura ali-

(1) *Lib. XXII. cap. VII. pag.* 303. Neque id unquam Gothofredo in mentem venit, ut ſuae Chronologiae repugnare Marcellinum putaret. Vide *Chronol. T. I. Cod. Theod. pag.* LXIV. Immo vero pag. LXII. *Ita*, inquit, *in An. Optimae notae, quod & Marcellinus confirmat. al. Kal. Februarii.*

aliqua in annum 359, vel 360, quae ſunt in annum 362 rejecta a Marcellino (1)? At Auctor Libelli Synodici Imperante Conſtantio partem Nicaeae Urbis everſam terraemotu fuiſſe teſtatur. Quid ego Libellum Synodicum morer, quem etiam ſi a Nicaeno cive ſcriptum eſſe defenderes, quoniam tamen ſcriptus nono ſeculo eſt, prae Marcellino nihili penderem? Magna eſt, mihi crede, vis vetuſtatis. Monumenta autem IX ſaeculi Ammiano & antiquo & diligentiſſimo in notis temporum indicandis ſcriptori praeferre velle, hominis eſt, ne quid dicam gravius, minus caſtigate loquentis.

Sed vera dixerit Libelli Synodici auctor: quid? An idcirco cauſſa ulla fuit, quae impediret, quo minus, quae urbs anno 360 terraemotu concuſſa eſt, ea rurſum anno 362 concuteretur? Nicomedia

(1) *Lib.* XXII. *cap.* XIV. *pag.* 330. IV. *Nonas Decembres vergente in veſperam die reliqua Nicomedia collapſa eſt terraemotu, itidemque Nicaeae portio non mediocris. Quae tametſi maeſtitiam ſollicito incuterent principi &c.* „ „ reſidua tamen non contemnebat urgentia. „ dum pugnandi tempus ei veniret optatum.

dia ecce, quae anno 358 (1) magnam partem eversa est, anno etiam 362 eamdem est passa calamitatem. Eoque magis in eam inducor sententiam, ut recte annum esse a Marcellino indicatum putem, quo videam, numerari hoc etiam inter signa, quae Juliano se ad Bellum contra Persas paranti, *moerorem, sollicitudinemque* incuterent. Nam si anno 359, vel 360 vivo, Constantio, id evenisset, cum Julianus esset in Occidente, non Juliano sollicitudinem, sed Constantio in Oriente agenti moerorem attulisset.

Verumtamen fac nonnulla non errore, sed ut ipse existimas, opportunitate quadam similium rerum suo loco moverit Marcellinus: quid? An hoc etiam, quod est de interitu Georgii? nihil dico mihi videri minus. Statuit enim non ante Alexandrinos manus Georgio intulisse, quam occisum fuisse ab Juliano Artemium accepissent (2). Atque Artemio ademtam fuisse

(1) Ammian. Marcellin. *lib.* XVII. *cap.* VII. *pag.* 167. Aurelius Victor in *Marco*. Socrates *lib.* II. *cap.* XXXIX. Idacius *in fastis Daciano & Cereali Cos.*

(2) *Lib.* XXII. *cap.* XI. *pag.* 325. „ Alexan„ drini Artemii comperto interitu, quem ve„ re-

fuiſſe vitam dixit, poſt ubi egit de adventu Juliani Antiochiam (1). Cumque eo Julianum perveniſſe menſe Junio anno 362 plane conſtet, conſequens eſſe videtur poſt illum ipſum menſem vitam fuiſſe functum Artemium. Id vero non acta ſolum Artemii (2), ſed etiam monumenta Eccleſiarum confirmant (3), quibus, dum etiam mihi Marcellinus praeſidio ſit, numquam detraham, ut Anonymo auſcultem, fidem. Quae cum ita

„ rebantur, ne cum poteſtate reverſus, id enim „ minatus eſt, multos laederet, ut offenſus; „ iram in Georgium verterunt Epiſcopum &c.

(1) Vide ibid. cap. x pag. 323. ſeqq.

(2) Apud Surium *T. v. De Sanctorum Hiſtoriis pag. 975. ſeqq. Edit. an.* 1580. „ Accepit „ (*Artemius*) litteras, quae jubebant, ut cum „ toto exercitu ad Imperatorem accederet: „ Ipſe quoque Antiochiam venit, ut juſſus „ fuerat, & cum eo, cum quo par erat, honore, & ſatellitibus adſtitit Imperatori, quando „ de Martyribus habebat quaeſtionem &c.

(3) Menologium Graecorum ad d. xx. Octobris: Ἀκούσας δὲ ὅτι ὁ Ἰουλιανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ τιμωρεῖ τοὺς Χριστιανούς, παρεγένετο πρὸς αὐτὸν κ. τ. λ. *Cognita Juliani crudelitate, qua Antiochiae in Chriſtianos ſaeviebat, ad eum venit.* Vide Martyrologium Rom. ad d. VIII. Kal. Novemb.

ita ſint, magno eſſe argumento, invito Anonymo, debet, Georgium anno 362 poſt Junium menſem periiſſe.

Neque vero eum eſſe te arbitror, qui exiſtimes, ſtatim atque Conſtantius obiit, fuiſſe ab Juliano Artemium capitis condemnatum, ut Alexandrini, qui impetum ante feciſſent in Georgium, occaſionem hujus interficiendi nanciſcerentur. Haec enim quibus tandem aut rationum momentis concludi, aut veterum auctoritate confirmari poſſent? Anonymi ne? At ille de Artemio verbum nullum. An quia ille componi alio modo nequit cum Marcellino? Quid igitur? Hoc tu uno ſive ajat, ſive taceat, pervertes omnia, quae ſunt de ratione temporum tradita a majoribus memoriae poſterorum? Vereris, ne, niſi ſic facias, non poſſit Anonymi auctoritas exiſtimatioque conſiſtere. Ego vero facile patiar, ut quae nulla nunc eſt, ea ne fuiſſe quidem umquam videatur. Quamquam nec illud intelligo, ſi 3 Non. Octobres (1) mortuus Conſtantius eſt, id-

(1) Ammianus Marcellinut *lib.* XXI. *cap.*XV. De Conſtantio loquens *pag.* 288. Abiit, inquit, e vita 3. *Non. Octob.* Socrates, Sozomenus, Ida-

idque ut est a tuo Anonymo animadversum, xxx die Novembris mensis rescitum fuit ab Alexandrinis; non, inquam, intelligo quemadmodum fieri potuerit, ut 24 Decembris die accipere Alexandrini potuerint de interitu Artemii nuncium, tuncque jam occidere Georgium constituerint. Nam, si ut (1) Mopsucreni

Idacius, Chronicon Alexandrinum habent 3. Non. Novemb. Mihi Marcellini probatur sententia. Nam unius fere mensis intervallo, & nuncios Mopsucrenis Naissum venisse, & Julianum Naisso profectum, Constantinopolim cum exercitu perveniisse, vix mihi persuadere possum. Venit autem Julianus Constantinopolim 3. Idus, hoc est 11. die Decembris, ut auctor est Marcellinus lib. XXII. cap. II. pag. 296 sed fac vera sit Idacii, Socratis, Sozomenique opinio, nihil tamen proficiet Mansius. Nam si 3 Nov. die mortuus est Constantius, idque nunciatum fuit Alexandrinis 30 die ejusdem mensis, hoc est post dies 25; ut litterae, nunciique ad Julianum venirent, ut is rursum scriberet de occidendo Artemio Antiochiam, ut Artemius poena capitis plecteretur, utque Antiochia profecti, quae 39 Mansionibus aberat, Alexandriam venirent, nunciarentque mortuum esse Artemium, tres menses satis esse non poterant. Quare Georgii mors rejici nequit in Decembrem an. 361.

(1) In Cilicia. Ibi enim mortuus Constantius

nis Epiſtolae de morte Conſtantii Alexandriam deferrentur, menſes fere duo conſumti ſunt, multo ſane plures (ac ſi, vis minus, quatuor ſaltem) praeterierint neceſſe eſt, ut legati ad Julianum, qui (1) Naiſi in Dacia erat, ex Cilicia accederent, nunciarentque Conſtantium deceſſiſſe, utque Naiſo Antiochiam litterae mitterentur, quibus ſignificaretur occidendum confeſtim eſſe Artemium, atque ut (2) inde veniret unus aliquis Alexandriam, qui affirmaret illum revera eſſe e vita ſublatum. Quod ſi ita eſt, fit omnino, ut non anno 361; Sed an. 362. occiſus Georgius fuerit.

Sed hoc ſi ita eſt, inquies, abeat (3) Mar-

tius eſt. Vide Ammianum Marcellinum *lib.* XXI. *cap.* XV. *pag.* 288.

(1) *Lib.* XXII. *cap.* I. *ſeqq.*

(2) Aberat Antiochia Manſionibus XXXVI. Alexandria, ut notat S. Julius Pontifex Max. *Epiſt.* I. *ad Euſebianos apud Conſtantium To.* I. *Epiſt. Rom. pag.* 374.

(3) Scilicet dixerat Manſius Marcellino ſe Anonymum anteponere, quia hic minuta perſequitur, eſtque Alexandrinus ſcribens de Alexandrinis rebus. Vide ſup. in *Notis* in §. XV. Ammiano praeiviſſe videtur Julianus, ut qui carpens Artemium, qui ille ipſe eſt, quem

Epiſt.

Marcellinus, in malam rem. Vide, quaeſo, ne te ludibrio exponas eruditorum virorum. Nam quod ex te plus millies audivi magni illum eſſe pretii, qui annos, qui menſes, qui dies, qui horas, qui minuta perſequeretur, timeo hercle, ne falſum plerumque ſit. Non enim quam minuta conſiderandum eſt; ſed quam vera dixerit is, quem ſequi oportet auctorem. Quid autem ob minuta ſectere hominem in minutis turpiter errantem? Loquor de Anonymo, quem ignotum, quem fabulatorem, quem collectorem minutarum, magnarumque falſitatum, ut vidiſti, Ammiano praeponere velle, non modo recte fieri, ſed omnino fieri non poteſt.

De interfecto Dracontio comite.

XXIII. Atque etiam nollem Dracontium factum eſſe ab Anonymo Comitem (1). Eam namque moleſtiam numquam

Epiſt. x. probro AEgypti Regem appellat, (στρατηγὸν pro Βασιλέα habet Editio an. 1696.) ſatis indicat fuiſſe illum ab ſe, quaſi tyrannidem exercuiſſet, condemnatum.

(1) Anonym. *pag. 68. ſeqq.* „ Populus perduxit de carcere Georgium, nec non etiam „ Comitem, qui cum ipſo erat, inſiſtentem fabricae Dominicae, quae dicitur Caeſarium, & „ occiderunt ambos, & eorum corpora circum-„ du-

quam capêres, quam nunc certe capias neceſſe eſt, cum illum ante videris dignitate ſpoliatum a Marcellino, quam impetus in eum ab Alexandrinis fiat. Sed haec joco. Age ergo ſerio. Negat Marcellinus Dracontium fuiſſe (1) *Comitem*. Diodorum qui una cum Georgio, & Dracontio captus, occiſuſque ab Alexandrinis eſt, ſic vocat *Comitem*, ut eum non omnino,

„ duxerunt per mediam Civitatem, Georgii „ quidem ſuper Camelum, Dracontii vero „ homines funibus trahentes, & ſic injuriis adfe„ ctos, circa horam 7. diei utriuſque corpora „ combuſſerunt.

(1) Videamus num *minutiora* Marcellinus narret. *lib.* XXII. *cap.* XII. *pag.* 326. „ Ecce „ autem, inquit, perlato laetabili nuncio indi„ cante extinctum Artemium, plebs omnis ela„ ta gaudio inſperato, vocibus horrendis in„ frendens, Georgium petit, raptumque di„ verſis mulcandi generibus proterens, & con„ culcans divaricatis pedibus. Cumque eo & „ Dracontius Monetae praepoſitus, & Diodo„ rus quidam veluti Comes, injectis per crura „ funibus, exanimati ſunt, ille quod aram in „ moneta, quam regebat, recens locatam ever„ tit, alter quod dum aedificandae praeeſſet „ Eccleſiae, cirros puerorum licentius deton„ debat, id quoque ad Deorum cultum exiſti„ mans pertinere.

nino, ſed *veluti Comitem* fuiſſe ſcribat. Atque Anonymus ille tuus, quem tu Alexandrinum ingratiis velles eſſe, quamquam erat ignarus Alexandrinarum rerum, e duobus unum hominem fecit, tribuitque Dracontio, non quae illi competerent ſolum, ſed etiam quae propria eſſent Diodori. Itaque praetermiſit hujus poſtremi, quem minime noverat mentionem.

De impoſito Camelo unius Georgii corpore.

XXIV. Neque Alexandrini, qui concitarant ſedionem, ferre, ſi viverent, poſſent, quod eſt de corpore Georgii memoriae proditum ab Anonymo. Qui namque tam humani auctore Marcellino (1) fuiſſent, ut & Georgii, & Diodori, & Dracontii corpora Camelis imponi curaſſent, injuriam ſibi ab eo conflatam putaſſent eſſe, qui confidenter ſcripſiſſet, id illos officii erga unum Georgium adhibuiſſe, exuiſſe autem omnem in reliquos duos humanitatem.

(1) Marcellinus ibid. „ Non contenta „ multitudo immanis, dilaniata cadavera peremtorum, Camelis impoſita, venit ad litus, „ iiſdemque ſubdito igne crematis, cineres „ projecit in mare, id metuens, ut clamabat, „ ne collectis ſupremis, aedes illis extruerentur.

De ejectis ex Ecclesia Antiochena Paulinis.

XXV. Accedit error de ejectis ex Ecclesia Paulinis (1), creatoque Episcopo Antiochenorum Meletio. Quinam tandem illi fuerunt Paulini? An qui Paulino adhaerebant? Nam praeter hos, qui esse potuerint alii, ne suspicari quidem possum. At Meletius ante Paulinum renunciatus est Episcopus Antiochenorum. Quemadmodum ergo expelli Paulini anno 361. ab Ecclesia poterant, qui nulli erant? sed Eustathiani (2) qui Paulino Presbytero conjuncti erant societate communionis & dici commode poterant, & dicti reipsa ab Sozomeno *Paulini* sunt. Sit ita plane. Nihil enim impedio, quamquam sunt, qui nollent (3). Illud autem

(1) Cos. Taur. & Florent... Et apud Antiochiam Arianae haereseos ejicientes Paulinos de Ecclesia, Meletium constituerunt, quo nolente eorum malae menti consentire, Euzojum presbyterum Georgii Alexandrini ejus loco ordinaverunt. Vide Mansium *Dissert. de Epoch. pag.* 4.

(2) Consule Sozomenum Historiae Ecclesiasticae *lib.* IV. *cap.* XXVIII.

(3) W. Lovvth. *In Notis ad Sozom. Hist. Edition. Cantabrigiensis*, de Paulini sectatoribus, quos eo loco Sozomenus nominat, loquens Metachronismus, *inquit*. Paulinus enim

tem quo defendes modo, Paulinos fuiſſe ex Eccleſia pulſos? Eccleſiae namque Arianorum erant (1). Ariani autem Meletium Epiſcopum conſtituerant Antiochenorum. Non ergo opus erat, ut Paulinos ex Eccleſiis pellerent, qui Eccleſiis minime potirentur. Nam ab ea una, quam parvam in nova Urbe obtinerent, ab Arianis fuiſſe ejectos Paulini aſſeclas, ut Me-

 letius

„ enim imperante Juliano, diu poſt Meletium „ a Lucifero Epiſcopus Antiochenus ordinatus „ eſt. „ Sed non reſiſtam admodum Manſio, neque impediam, quin a Paulino presbytero *Paulini* dici Orthodoxi potuerint.

(1) Quamdiu enim Eudoxius Epiſcopatum Antiochenum occupavit, Eccleſiae Arianorum fuerunt. Neque vero eas vivo Conſtantio Orthodoxos recuperaſſe veriſimile eſt. Ubi autem Meletius accitus Antiochiam fuit, pauloque poſt depoſitus, tum qui Orthodoxi Meletio acceſſerant, Eccleſiam, quae in veteri Urbe erat, frequentabant, qui vero a Paulino ſtabant nolentes inire cum Meletii ſectatoribus ſocietatem communionis, quod Meletium ab Arianis factum eſſe Epiſcopum dicerent, in exigua Eccleſia, quae in nova Urbe erat, collectas agere ſolebant, quae quidem Eccleſia ne ab Euzojo quidem illis ademta eſt, ut qui Paulini canitiem vereretur. Atque haec conſtant ex Athanaſio *Tom. ad Antioch. pag.* 771. *Tom.* I *Opp. P.* II. ex Theodorito *lib.* II. *cap.* XXXI. Socrat. *lib.* III. *cap.* IX. Sozom. *lib.* IV. *cap.* XXVIII.

letius crearetur Episcopus, neque est a veteribus scriptum, neque esse arbitror verisimile, cum inde ne ab Euzojo quidem Ariano ejecti fuerint (1).

De tempore ordinationis Meletii, & Euzoii Episcoporum Antiochenorum.

XXVI. Nam quae gesta initio anni 361 fuerunt quis feret rejici ab Anonymo in extremum Novembrem mensem? Nihil autem tam clarum, tamque perspicuum, quam & eo anno ineunte creatum Episcopum fuisse Meletium, & post mensem fere ab Arianis dignitate privatum (2), ut ejus loco Euzojum Antiochenis praeficerent. Novi ego, inquies, Anonymum. Homini Alexandrino non tam curae aliena fuerunt, quam sua. Itaque mirum non est, si in recensendis Antiochenorum rebus nullam habuit temporum rationem. At enim quae opportunitas erat, quae poscceret, ut ubi de reditu Georgii egit, rediisse autem Georgium dixerat 26 Nov. die, continuo de Meletii, Euzoiique Episcopatu ageret? Annon narranda haec erant antequam de iis institueretur oratio, quae contigissent post Constantii mortem? Jam vero

(1) Socr. *lib.* III. *cap.* IX.

(2) Consule Bollandianos *Tom.* IV. *Julii pagin.* 52. *in serie Patriarch. Antiochenor.*

ro ſi rediit 26 Nov. die Georgius, redierit neceſſe eſt poſt ejus Imperatoris interitum. Nam deceſſit ille III Nonas aut Octobris, aut Novembris menſis an. 361. Meletius autem & factus Antiochenorum Epiſcopus eſt, & ſede etiam exturbatus vivo Conſtantio (1).

De Gerontio, quem Praefectum AEgypti fuiſſe narrat an. 362.

XXVII. Videamus nunc de Gerontio. Praefectum hunc AEgypti fuiſſe, narrat (2) non ſolum quo tempore mors Conſtantii nunciata Alexandrinis eſt, ſed etiam cum publicatum Juliani (3) edictum de reducendis Epiſcopis fuit, quos Imperator Conſtantius patria cedere, juſſiſſet. Atenim Ecdicius anno 362,

(1) Ita Socrat. Theodor. Sozom. quorum teſtimonia referunt loco mox indicato Bollandiani.

(2) Pag. 68.

(3) Pag. 69. „ Mechir XIV. datum eſt „ praeceptum Gerontio Praefecto ejuſdem, „ Juliani Imperatoris, nec non etiam Vicarii „ Modeſti praecipiens Epiſcopos omnes factio„ nibus antehac circumventos, & exiliatos re„ verti ad ſuas Civitates, & Provincias. Hae „ autem litterae ſequenti die Mechir XV. pro„ poſitae ſunt. Poſtmodum autem & Praefe„ cti Gerontii Edictum propoſitum eſt, per „ quod vocabatur Epiſcopus Athanaſius ad „ ſuam Eccleſiam.

quo publicatum edictum eſt, non Gerontius Praefectus Auguſtalis erat. Ad Ecdicium Julianus (1) ſcripſit, ut libros Georgii, quem Alexandrini occiderant, ad ſe mitteret. Quid autem? An confugies ad vetus illud tuum praeſidium de Alexandrino? Non audes opinor. Nihil enim dici, aut excogitari abſurdius poteſt, quam Imperatorem ignoraſſe quod erat ſuo Praefecto nomen, quia Alexandrinus non erat. Fatere igitur imperitum fuiſſe Anonymum Alexandrinarum rerum.

De edicto Gerontii, quo revocatū fuiſſe dicit in ſuam Eccleſiam Athanaſium.

XXVIII. De edicto Gerontii quo IX Februarii revocatum in ſuam Eccleſiam Athanaſium fuiſſe ſcribit, non eſt cur multis eſſe agendum arbitrer. Nam AEgypti Praefectus nihil juſſiſſet contra atque ſibi fuiſſet mandatum ab Imperatore. Fecerat autem Julianus Epiſcopis redeundi in patriam poteſtatem, in ſuas vero

(1) Nam edictum, ut narrat Anonymus, poſt mortem Georgii vulgatum eſt. Sunt autem verba Juliani ejuſmodi Epiſt. IX. pag. 378. Edit. an. 1696. „ Hoc mihi privatim benefi-„ cium dabis, ut Georgii ſcripta omnia repe-„ rienda cures &c.

vero Eccleſias redeundi non item (1).

De edicto Juliani, de reſtituendis Iaclis, & Necoris, quae ipſis fuiſſent ablata, quod publicatum fuiſſe die Februarii quarta ann. 362. negatur.

XXIX. Mitto praeceptum de reſtituendo idolorum cultu, quod 4 Februarii die an. 362 publicatum fuiſſe Alexandriae teſtatur (2). Non credo Julianum, qui Marcellino (3) auctore, ante initium anni 362 leges de aperiendis templis &c. tuliſſet, tamdiu expectaſſe, quin homines Chriſtianis ſacris initiatos ad ea reſtituenda cogeret, quae idolis, & Neocoris Conſtantini, Conſtantiique temporibus abſtuliſſent. Sed ut Conſtantinopoli Alexandriam litterae perferrentur menſis ſaltem requirebatur. Hoc numquam dices. Placet enim tibi, ut ea aetate breviſſimo temporis intervallo, &

(1) Juliani *Epiſt.* XXVI. *ad Alexandrinos pagin.* 398. „ Τὸ γοῦν ὑφ' ὑμῶν τοῖς γαλιλαίοις τοῖς „ Φυγαδευθεῖσιν ὑπὸ τὸ μακαρίτε Κωνσαντίε, οὐ „ καθ' ὁδὸν εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτοῖς, ἀλλ' εἰς τὰς πα„ τρίδας συνεχωρήσαμεν. Ἀθανάσιον δὲ συνδιά„ νομεν . . . ἀντιλαβέσθαι τῆ λεγομένη παρ' αὐ„ τοῖς ἐπισκοπῆς θρόνε. „ Nunc nos Galilaeis „ a Conſtantio ejectis, non reditum ad ſuas „ Eccleſias, ſed in patriam cuique ſuam con„ ceſſimus. Audio Athanaſium . . . Epiſcopa„ tus ſedem, ut ipſi appellant, iterum uſurpa„ re. Vide Sozom. *lib.* V. *cap.* XV.

(2) Anonym. pag. 69.

(3) Ammianus Marcel. *lib.* XXII. *c.* V. *pag.* 301.

Mopſuchrenis Naiſum, & Naiſo Antiochiam, & Antiochia Alexandriam Epiſtolae pervenirent.

De fuga Athanaſii 20 Octobris an. 362.

XXX. Quinetiam perſuadere mihi nullo modo poſsum anno 362 viceſima die Octobris menſis Athanaſium, cui permiſsum eſset, ut ad d. Kal. Novemb. Alexandriae maneret (1), deſerere voluiſſe ſuos, & profectum e patria, abiiſſe *Thercu* exulatum (2). Verum iſtud quidem tibi ita dicere neceſse eſt. Sed vide ne quae Anonymus inſcienter ſcripſit, ea ſi deinceps & conſulto, & recte eſse ſcripta defendas, duci aut leviſſimi hominis auctoritate, aut obſtinatione quadam ſententiae videare.

De loco Thereu.

XXXI. At ille, inquis, conſervavit nobis loci, in cujus ſe latebris Athanaſius occultavit, memoriam. Habet autem hoc modo: *egreſſus eſt Civitatem, & commo-*

(1) Julianus *Epiſt.* VI. *ad Ecdicium Praefectum AEgypti*, „ Ὄμνυμι τὸν μέγαν Σάραπιν, „ ὡς μὴ πρὸ τῶν Δεκεμβρίων Καλανδῶν ὁ Θεοῖς „ ἐχθρὸς Ἀθανάσιος ἐξέλθοι ἐκείνης, μᾶλλον δὲ „ τῆς πάσης τῆς Αἰγύπτου κ. τ. λ. „ Teſtor magnum Sarapin, niſi ante Kal. Decembris inimicus Deorum Athanaſius ex ea Urbe, vel potius ex univerſa AEgypto diſceſſerit &c.

(2) Anonym. pag. 70.

moratus eſt circa Thereu (1). Nunc mihi, mi Manſi, vehementer places. Sed ſcin' quid rei ſit? Multo ſum quam ante incertior. Si vero quod incertum eſt mihi, id ut ſit certum deſideras, doce me quis ille ſit locus *Thereu*? Erat, dicis, ut (2) *puto*, proximus Urbi Alexandriae, ubi *forte* Athanaſius ſubſtitit. Scilicet magno mihi adjumento eſt τὸ *puto*, & τὸ *forte*, ut certus ſim.

Aſſentiere ſcilicet Maffejo (3). Hoc enim magiſtro didiciſti *Thereu* a *Therenuthe* fortaſse non diſcrepare. Quid ſi negem? At ſimilitudo nominis. Quam tu mihi narras ſimilitudinem? An quia primae

(1) Anonym. pag. 76.

(2) Manſius Diſſert. pag. 45. „ Statim fugitabundum circa *Thereu*, quem locum eſſe „ puto Urbi proximum, manſiſſe. Ibi forte „ ſubſtitit, ut exitum legationis ab Alexandri„ nis ad Julianum miſſae opperiretur. „ Eſt hoc item commentum Manſianum. Conſule etiam ejus Apologiam §. XVIII. ubi „ quis, „ inquit, niſi comperta ſcribens nomen certum loci noſſet!.. Hunc vero Thereu nullo „ veterum docente Anonymus noſter appellat.

(3) Maffej. pag. 87. „ Si trattenne prima „ a *Thereon*, forſe *Therenuntis* nominata da„ Stefano.

mae litterae ſimiles ſunt, idcirco diſſimilitudo reliquarum nihil impediet quin *Thereu* eumdem atque *Therenuthen* locum eſse exiſtimem? Ac video Maffejum miſſis poſtremis litteris Therenuthis, haeſiſſe in primis, ſeque jam conſequutum putaſse, ut *Thereu*, & *Therenuthis* unum idemque oppidum fuerit, quod dent nomini utrique litterae *there* initium. Quaſi vero *Antinopolis*, & *Antoeopolis* AEgypti Oppida minime inter ſe differrent, quod primae poſtremaeque utriuſque nominis litterae mirifice convenirent.

Quinetiam te moneo, ut ne conſtantem hanc eſse putes ſcribendi nominis *Therenuthis* apud veteres rationem. Nam fuerunt, qui *Ternuthis* (1), quique *Thermutis* ſcribendum cenſerent eſse, quae quidem nomina, ut vides, minus habent cum *Thereu* affinitatis. Nihil agis, inquies; dixi enim nomen loci

(1) *Therenuthis* in *Phtembuthi*, ſeu *Phtempu Nomo* erat. Vide Chriſtophor. *Cellarium lib.* IV. *Geogr. Antiqu. cap.* I. *pag.* 19. *Afr.*, *Edit. an.* 1706, & Stephanum de Urbibus ad v. Ἑρμωνθὶς quo loco & Τερενούθιδος mentionem facit. At Lucas Holſtenius vir ſummus *in Steph. pag.* 117. *Edit. an.* 1684 *lege*, inquit, Θίρμυτις.

ci (1) certum, locum autem certum indicatum fuiſse ab Anonymo nuſquam dixi. Itane vero? Tu qui neſcias locus ullus uſquamne fuerit, qui eo nomine appellaretur, certum tamen eſſe loci illius nomen defendes? At qui uſus, inquis, eo nomine eſt, quin haereret, nihil, niſi quod ſibi erat compertum, ſcripſiſſet. Quid compertum? Qua ratione deceptus in multis (ut ſupra oſtendi) eſt, eadem neſcio quo errore adhibere potuit *vocem Thereu*.

Non placebit hoc tibi. Nullam, dices, fuiſſe cauſsam, cur is, qui aliarum Urbium ut *Andropolis*, ut *Hermopolis*, ut *Antinopolis* meminiſset, idem nomen Thereu introduceret. Quaſi vero qui apte quandoque nomina Urbium uſurpavit, is neque imperitia, neque errore induci aut ad excogitanda nova, aut ad ea, quae in uſu ſint, vitianda poſſit. Sexcenta ejuſdem generis exempla in promptu ſunt. Sed nolo eſſe longus. Mea interea nihil refert, fueritne, annon fuerit locus ullus *Thereu* appellatus, idemque fuerit *Thereu*, atque *Therenuthis* oppidum. Fuerit ſane. Quid tum? An Athana-

(1) Vide ſupra Nota 2. in hunc §. pag. 89.

nasius Alexandria egressus (1), Thereu continuo petiit, inde autem, cum quaesitus ad necem esset ab Juliano, contendit Hermopolim, postque Antinoum, ut tutiorem habere posset consistendi locum?

Noli, amabo, non Socrati (2) modo (nam hunc *graeculum* nihil morare) sed etiam Theodorito injurius esse, qui duo cum Athanasium (3), & patria cessisse, & na-

(1) Anonym. pag. 71. 72.

(2) Lib. III. cap. XIV.

(3) Lib. III. cap. IX. Ὑπεχώρησε δὲ ὅμως ἐληλυθέναι τοὺς ἀπεσταλμένους μεμαθηκὼς· καὶ πορθμεῖον εὑρὼν αὐτοῦ πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ἐπὶ τὴν Θηβαίων χώραν ἀνήγετο· ὁ δὲ ἀνελεῖν αὐτὸν προσταγμένος, πυθόμενος τὴν φυγὴν, καταπράως ἐδίωκεν. ἑτέρου δέ τινος τῶν γνωρίμων προσληφθέντος, καὶ σφόδρα ἐλαύνειν, αὐτὸν εἰρηκότος, τινὲς μὲν τῶν σωόντων ἐπὶ τὴν ἔρημον ἐκκλίναι ἱκέτευον. Αὐτὸς δὲ τῷ κυβερνήτῃ ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰθύναι τὸ πρόσθεν ἐκέλευεν. Οὕτω δὴ αὐτῶν καταντικρὺ τοῦ διώκοντος Φερομένων, ἦκεν ὁ τοῦ θανάτου τοῦ ἐντολὰς δεδεγμένος, καὶ ὅσον ἀφίσηκεν ὁ Ἀθανάσιος, ἤρετο. ὁ δὲ πελάζειν τῶν ἵππων, ἐκεῖνον μὲν ἀπέπεμψεν. Αὐτὸς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατέλαβε, καὶ τὸ λοιπόμενον τῆς Ἰουλιανοῦ βιοτῆς αὐτόθι διέλαθεν.
„ Subduxit se tamen, cum eos, qui contra ipsum
„ missi fuerant, advenisse jam comperisset, na-
„ ctusque in ripa fluminis navigium, subvectus
„ est in Thebaidem. Is vero cui caedes Atha-

na-

& nactum fuiſſe in fluminis ripa navigium ex ſententia, indeque ſolviſſe, ut in Thebaidem contenderet, retuliſſent; mox juſſum ab illo gubernatorem tradiderunt fuiſſe, ut converſo curſu, ſecundo flumine Alexandriam rediret. Revertiſſe igitur Sanctiſſimum virum in patriam, ibique aliquamdiu latuiſſe. Atenim etſi te orem, impetrare tamen non potero, quod abs te peto. Cenſes enim flagitium eſſe ab Anonymo vel latum unguem diſcedere. Quod cum ita ſit, fac ſaltem admirandae illius legis memineris, quam ipſe primus omnium a *Caſuiſtis*, quos vocant, mutuo acceptam ſanxiſti in hiſtoria valere opor-

„ naſii mandata fuerat, audita ejus fuga, quan-
„ tocyus eum perſequi coepit. Quem praeve-
„ niens quidam ex familiaribus Athanaſii, cum
„ feſtinare illum nunciaſſet, nonnulli ex comi-
„ tibus orabant, ut in ſolitudinem deflecteret.
„ Ipſe vero gubernatori praecepit, ut navi-
„ gium recta Alexandriam dirigeret. Sic igi-
„ tur cum contra perſecutorem ipſum naviga-
„ rent, occurrit is, qui mandatum caedis ac-
„ ceperat, & quantum inde abeſſet Athanaſius
„ ſciſcitatur. Ille haud procul abeſſe illum re-
„ ſpondit: eoque dimiſſo Alexandriam profe-
„ ctus, reliquo tempore Imperatoris Juliani
„ ibi delituit.

oportere. Eſt autem hujuſmodi: unum contra duos vel plures Scriptorem pugnare nullo modo poſſe (1).

Sumes jure quodam, ut quidem tibi videtur, tuo habere Ammonium Epiſcopum te, qui cum & AEgyptius, & Athanaſio aequalis eſſet (2), tum neget man-

(1) Vide Apolog. Manſii §. 22.

(2) Apud Bollandianos T. III. *menſis Maji pag.* 71. Ὁ Πάπας Ἀθανάσιος ἔφη. Ἶδον δὲ ἐν τοῖς καιροῖς τούτοις Ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ μεγάλους . . . ὡς γὰρ ἡμῶν διωχθέντων ὑπὸ Ἰουλιανοῦ, καὶ προσδοκῶν ἀναιρεθῆναι ἀπ' αὐτοῦ (δεδίλωτο γάρ μοι τοῦτο ὑπὸ γνησίων Φίλων) ἦλθον οἱ δύο οὗτοι εἰς τὴν Ἀντινόαν πρός με ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ βουλεύσαμενοι κρυβῆναι παρὰ Θεοδώρῳ, ἐπέβην τοῦ ἐκείνου πλοίου πάνυθεν κεκαλυμμένου προπεμπόντος ἡμᾶς, καὶ Ἀββᾶ Παμμοῦνος. Καὶ τοῦ Ἀνέμου ἀνεπιτηδείου γενομένου, ἐγὼ μὲν ἀγωνιῶν τῇ καρδίᾳ προσηυχόμην. κ. τ. λ. „ Athanaſius Papa dixit: Vidi etiam temporibus „ his magnos Dei viros... (*Theodorum* ſcili- „ cet, & *Pammonem*). Cum autem eo tem- „ pore me perſequeretur Julianus, & aliud ni- „ hil in momenta expectarem, quam ut ab illo „ caperer, (de hoc ſcilicet ab amicis fidiſſimis „ eram praemonitus) duo illi, quos dixi, die „ uno venerunt Antinoum, & ego ſumto con- „ ſilio, ut apud Theodorum laterem, ipſius „ Navigium coopertum aſcendi, deducente nos „ Pamnione Abbate. Vento autem minus proſ- „ pero afflante, equidem corde anxius ad pre- „ ces ſum converſus &c.

manſiſſe illum ad exitum uſque Juliani Alexandriae, quae res componi nequit, cum iis, quae ſunt a Theodorito & Socrate litterarum mandata monumentis. Aſsentior equidem Ammonio. Is vero quamquam Antinopoli, paulo ante quam eſset nunciatum de morte Imperatoris, conſtitiſse Athanaſium tradidit, qua in re fateor Socratem, ac Theodoritum peccaſse, non is tamen fuit, qui aut revertiſse Athanaſium Alexandriam, ibique aliquamdiu latuiſse inficiaretur, aut illum Thereu moratum fuiſse ſcriberet. Itaque maneat neceſse eſt, quod eſt ab illis duobus de reditu litteris conſignatum, quoad documenta majore quam ſit Maffejanum auctoritate inventa fuerint, quibus & evertatur vetus, & nova *de mora circa Thereu* ſtabiliatur ſententia. Sed ſatis multa de *Thereu*.

De Olympo Praefecto AEgypti.

XXXII. Venio ad Olympum, quem Praefectum AEgypti fuiſse dicit Anonymus (1), quo tempore actus in exilium Athanaſius fuit ab Juliano. Ego vero non Olympum, ſed Ecdicium etiamtum fuiſse AEgypti Praefectum defendo.

(1) Anon. *pag.* 70. „ Quo mox egreſſo „ Olympus Praefectus &c.

do. Ad Ecdicium enim Praefectum Julianus (1) ſcribit, ut Athanaſium cogat Alexandria excedere. Diſceſſit autem inde Athanaſius III Octobris die, auctore Anonymo (2). Jam vero ad IV. Non. Decembres eumdem illum Ecdicium Praefectum AEgypti fuiſſe ſatis eſt ex Theodoſiano Codice exploratum (3). Cumque Iulianus in mox indicata Epiſtola ei minatus fuerit irrogationem multae, niſi ad Kal. Decembres Alexandria pulſus Athanaſius eſſet, magis magiſque neceſſe eſt liqueat, geſſiſſe illum praefecturam ſaltem ad Decembrem menſem. Quamobrem ſi fuit umquam, eſt id vero maxime dubium, eo certe tempore Olympus AEgypti Praefectus non fuit (4).

De Athanaſio circa Antinoum, vel Hermopolim mortis Juliani certiore facto.

XXXIII. Ac ſi mihi nunc eſſet de Iuliani morte dicendum, vererer ne in hac quoque re inſcienter fuiſſe verſatum Anonymum omnes cognoſcerent (5). Sed

(1) Vide ſupra §. XVIII.

(2) Anonym. *pag.* 70.

(3) *L.* VIII. & *l.* IX. *de Operibus Publicis Dat. an.* 362. IV. *Nonas Decembres Ecdicio AEgypti Praefecto.*

(4) Julian. *Epiſt.* VI. *ad Ecdicium AEgypti Praefect.*

(5) Nam malo de rebus, quae ad Athanaſium

Sed non id ago. Hoc dico, Athanaſium neque Hermopoli, neque Antinoi degentem fuiſſe factum de Juliani interitu certiorem. Roges quo utar auctore, ac teſte? Ego certe multo quam ſit Anonymus graviore. Ammonius Epiſcopus, qui rem, ut acta erat, ab Athanaſio acceperat, tum cognitam ei mortem Iuliani fuiſſe narrat, cum Antinoo ſolviſſet (1), navigaretque in ſuperiorem Thebaidem, ut apud Theodorum Monachorum Patrem conſiſtere tuto poſſet.

De Athanaſio clam reverſo poſt Juliani necem Alexandriã.

XXXIV. Nec minus habet ineptiarum quo loco diſſerit de reditu Athanaſii poſt Juliani necem Alexandriam. Clam enim & rediiſſe & in patria manſiſſe ſcribit (2), quoad ſe contulit ad no-

ſium ſpectant, ſermonem inſtituere. Ceterum Anonymus, qui ſemper fere celerrimo curſu uſos fuiſſe eos, qui res nunciarent, ſcribere videtur, ut ante animadvertimus, multo nunc indicat eos fuiſſe tardiores. Cum enim Julianus VI Kal. Julias deceſſiſſet, tum 20 Auguſti die, nempe poſt dierum 55 intervallum, ejus rei fuiſſe Alexandrinos certiores factos Anonymus idem jactitat.

(1) Vide Epiſtolam Ammonii ad Theophilum Alex. Epiſc. apud Bollandianos Tom. III. Menſis Maji pag. 356.

(2) Anon. pag. 72.

vum Imperatorem. Et meticuloſe quidem hominem rediiſſe, quod nondum accepiſſet litteras ab Joviano (1), facile paterer. Sed acceptis litteris (2), quibus ei concedebatur redeundi in ſuam Eccleſiam, docendique populum facultas, quid fuiſſet latebris opus? Paullo autem poſt, quam eſt nunciatum periiſſe Iulianum, factumque eſſe illius loco Iovianum Imperatorem, allatas fuiſſe litteras de reſtituendo veri Dei cultu, inde vero Athanaſium revertiſſe ſcribit ille idem Anonymus (3), quo tu nullum eſſe hominem accuratiorem putas. Atque

(1) Nam eſt id etiam ab Socrate litteris conſignatum *l.* III. *c.* XXIV. Καὶ Ἀναῤῥώννυσι μὲν διὰ γραμμάτων τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον ὃς δὴ μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰουλιανοῦ, τῆς ἐκκλησίας τῶν Ἀλεξανδρέων ἐγκρατὴς ἐγένετο. τότε δὴ παῤῥησιαίτερον ἐκ τῶν γραμμάτων γενόμενος, καὶ τῷ παντὶ χόδεν δέος ἀπήλαυνε. „ Et „ Athanaſium quidem Alexandriae Epiſcopum „ per litteras confirmavit, qui ſtatim poſt Ju„ liani interitum recuperavit Eccleſiam Ale„ xandrinam. Tunc autem ex litteris majorem „ fiduciam adeptus, omnique metu liberatus „ eſt.

(2) Extant *T.* I. *Opp. Athanaſ. P.* II. *pag.* 779. Edit. Montfauc.

(3) Pag. 71. 72.

que Athanaſio, quem Jovianus imprimis venerabatur, redditam ab eodem Imperatore fuiſſe eodem tempore Epiſtolam (1) plenam pietatis, & clementiae erga illum ſuae, & eſt per ſe ipſum credibile, & conſtat teſtimonio ſcriptorum (2) graviſſimorum. Itaque rediit poſt acceptas eas litteras Athanaſius, ſi vis Anonymum cum Theodorito componere. Quamobrem igitur latuiſ-

 ſet?

(1) Theodoritus *lib.* IV. *H. E. c.* 11. eodem tempore quo de reſtituendo veri Dei cultu, revocandiſque in ſuas Eccleſias Epiſcopis Imperator ſcripſit, ſecundas litteras quoque fuiſſe ad Athanaſium datas tradit. „ Simulatque fines „ Imperii ſui ingreſſus eſt, inquit, primam om„ nium legem tulit, qua & Epiſcopos ab exi„ lio reverti jubebat, & Eccleſias iis reſtitui „ mandabat, qui Nicaenam fidem inviolatam „ ſervaſſent. Scripſit etiam litteras ad Athana„ ſium &c. „ Differit autem de ſecundis litteris. Paulo ante vero primas acceperat Athanaſius, quae ſtatim atque Imperator de reſtituendo divino cultu cogitare coepit, datae fuerint neceſſe eſt.

(2) Vide Theodorit. l. c. & Socratem l. c. qui ubi ea quae attulimus, dixit, tum „ re„ liquos, inquit, Epiſcopos, qui a Conſtantio „ relegati fuerant, a Juliano vero nondum „ reſtituti, ab exilio revocavit. Eodem tem„ pore cuncta gentilium templa ubique occlu„ debantur &c.

ſet? Ille ne quem plebs Alexandrina vehementer coleret, qui flagraret deſiderio Eccleſiae ſuae, cui Imperator tanta benignitate feciſſet redeundi in patriam poteſtatem; ille inquam & clanculum ingreſſus fuiſſet Alexandriam, & ibi delituiſset, quoad non conveniſſet Imperatorem? Somnia haec ſunt, quae niſi Anonymo, nulli quidem certe cadere in cogitationem poſſent.

Age vero quemadmodum occultaſſet ille ſe, qui teſte Socrate Eccleſiam continuo, atque periit Julianus, recuperaſſet (1)? quique Synodum (2) celebraſset, ut Joviano percuntanti, quae vera eſset de verbo Divino ſententia, ſatisfaceret? Non conſtat, inquis, Alexandriae ne an alibi fuerit ea Synodus celebrata. Sunt enim de hac re magnae inter viros doctos diſsenſiones (3). Quid igitur? Valeſio ne fidem adjunges ajenti coactam fuiſse Antiochiae (4)? Non audes

(1) Vide Socratem loco ſupra indicato.

(2) Theodoritus *lib.* III. *c.* II. hujus Synodi meminit.

(3) Manſius Diſſert. *pag.* 46.

(4) Not. 1. in Cap. III. Lib. IV. H.E. Theodoriti.

audes. Nam eſt ejus merito a Benedictinis exploſa opinio (1). Teneo quid velis. In oppidum aliquod AEgypti, non vero Alexandriam Epiſcopos ſe ad celebrandum Concilium contuliſſe (2). Atqui te fatente, veteres recentioreſque Scriptores malunt eos fuiſſe congregatos Alexandriae. Ego, inquies, veteres recenteſque ſcriptores prae Anonymo nihil moror. Quid? An ne libellum quidem Synodicum, cui tantum fidei tribuiſti quantum a nemine unquam tributum eſt, ut eo uno aut corrigi, aut convinci erroris Ammianum Marcellinum (3) poſ-

(1) In Monito ad eam Epiſt. Synodicam. *pag.* 778. *T.* I. *Opp. Athanaſ. P.* II.

(2) Manſius *Diſſert. pag.* 46. „ De loco, „ inquit, ambigitur. Nam Alexandriae coa„ ctum veteres, recenteſque Scriptores con„ ſentiunt. Valeſius Antiochiae celebratum „ arbitratur. Ego ſin minus Antiochiae, cer„ te tamen extra Alexandriam, & alicubi for„ te in AEgypto. Non enim haberi potuit A„ lexandriae; quando enim primo eo venit „ Athanaſius Joviano imperante, occultus, & „ paucis cognitus manſit, Anonymo noſtro „ teſtante.

(3) Libell. Synod. *ex recenſ. Joh. Pappi apud J. Alb. Fabric. To.* XI. *Bibl. Graecae pagin.*

ſe defenderes? Hoc, inquies, dubium ne eſt? Nam mori te mavis, quam ut latebras, receſsuſque illos, quos ipſe quaeſierit Athanaſio, tolli ſinas. At ego contra mi Manſi, & ſinam, & ſi opus eſt, dabo me veteribus, atque novis, ut funditus receſsus illi pereant, adjutorem. Rident alii, mihi crede, ipſe autem vehementer commoveor, cum tot monumentis, quorum eſt auctoritas explorata, praeferri abs te videam ῥαψῳδίαν plenam ineptiarum.

De itinere Athanaſii Antiochiam, deque Joviani Imperatoris morte.

XXXV. Pergit ille tuus: ad Imperatorem, ait, Athanaſium contendiſſe (1). Antiochiam credo. Nam ibi tunc Jovianus

gin. 214. Ὁ δὲ Θειότατος Ἰοβιανὸς ὁ αὐτοκράτωρ, ἀπέστειλας εἰς Ἀλεξάνδρειαν Ἀθανασίῳ τὸ ἀπαράλλακτον ὅρον τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἐζήτησεν. ὃς συναγαγὼν τὰς λογάδας τῶν ἐπισκόπων Αἰγύπτου, Θηβαΐδος, καὶ Λιβύης, ὅρον συνοδικὸν πλήρη ἀληθείας, τῷ Χριστοῦ, Ἰοβιανῷ τῷ Φιλοχρίστῳ ἀπέστειλεν. „ Piiſſimus autem Impe„ rator Jovianus miſſa ALEXANDRIAM ad „ Athanaſium Legatione, immutabilem verae „ Orthodoxiae definitionem Synodicam gra„ tia, & veritate plenam Joviano Chriſti a„ manti miſit.

(1) Anonym. pag. 72.

nus erat (1). Compoſitis autem rebus Eccleſiae ſuae regreſſum illum fuiſſe an. 364 menſe Novembri in patriam. Vivone Joviano? Ita quidem videtur Anonymo (2). Etenim mortis Joviani non meminit ante an. 365. At Jovianus deceſſerat Februario menſe an. 364. Non ergo rediit vivo Joviano. Sed eſt id conſuetum Anonymo, ut ſemper erret.

Concedam tamen non conſtare quae illius fuerit de morte Joviani ſententia. Volo enim ſibi omnes perſuadeant, eſſe me tibi multo, quam exiſtiment, aequiorem.

De reditu Athanaſii Antiochia Alexandriam.

XXXVI. Quid? verumne erit, quod ſcribit Athanaſium Antiochia profectum appuliſſe Alexandriam decima ſexta die Novembris menſis (3)? Mihi certe non

(1) Vide tertiam *petitionem Arianorum apud Athanaſ. To.* III. *Oper. Part.* II. *pag.* 784. quo loco Jovianus ait *Athanaſium eſſe Antiochiae*. Καὶ Ἀθανάσιος ὧδε ἐστιν. Conſule praeterea Theodoritum lib. IV. cap. V. Socratem lib. III. c. XXVI. & Sozomenum lib. VI. cap. V. & VI. Et Anon. pag. 76.

(2) Nam ad an. 365. *Poſt Jovianum*, inquit, *citius ad Imperium vocatis Valentiniano, & Valente &c.*

(3) Anonym. pag. 72.

ſolum non verum, ſed ne veriſimile quidem eſſe videtur. Namque Athanaſius Antiochia diſceſſit, cum adhuc in ea Urbe Jovianus eſſet (1). Jamvero Imperator extremo Januario menſe (nam hoc etiam permitto tibi) inde abiit, Conſtantinopolim petiturus; quo ſane pervenire non potuit, cum Dadeſtanae in Ciliciae Galatiaeque finibus XIII Kal. Martias ex improviſo deceſſerit (2). Fac autem paulo ante quam Antiochia Jovianus excederet, aggreſſus iter Athanaſius fuerit; hunc profecto, cui maxime cordi Eccleſia ſua eſſet, novem integros menſes, dieſque aliquot in eo itinere conſumpſiſſe, ut medio demum Novembri, nono ſcilicet poſt Joviani interitum menſe, Patriae ſe reſtituerit, neminem eſſe

(1) Sozomenus lib. VI. cap. v. de Joviano loquens agente Antiochiae: Τὸν Ἀθανάσιον, inquit, ... ἀπέστειλεν εἰς Αἴγυπτον, ἢ ἄριστα αὐτῷ δοκοίη, τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὸν λαὸν ἄγειν κελεύσας. „ Athanaſium in AEgyptum remi„ ſit, Eccleſias & populos, ut ipſi facto opti„ mum videretur, regere jubens.

(2) Ita Ammianus Marcellinus *l.* XXV. *c.* X. *pag.* 443. Eutropius habet XIII. Kal. Mart. ſeu 17. Februarii, ut Socrates habet.

esse existimo, qui id esse credendum putet.

Fateris tu quidem. Sed ut excuses Anonymum pro *Athir*, hoc est *Novembri*, legendum esse *Mechir*, hoc est *Februario* doces, quamquam demtis extremis duabus litteris, nulla sit inter *Athir*, & *Mechir* litterarum similitudo, ut priorem vocem secundae huic sufficere librarii oscitantes possent. Summas autem mensium dierumque, quas Anonymus (1) more suo colligit, praesidio tibi esse arbitrare (2). Nam ab eo tempore, quo ejectus in exilium ab Juliano Athanasius est, ad secundum reditum sub Jovia-

(1) Mansius *Dissertat. de Epochis &c. pagin.* 45. *seq.*

(2) Vide Anonymum pag. 72. ubi haec habet. „ Venit Alexandriam, & intravit in Ec„ clesiam *Athir* XIX die, Coss. Jovian. & Var„ ronian., ex quo exiit Alexandria secundum „ praeceptum Juliani usque dum advenit prae„ dicto die *Athir* XIX post annum 1. & men„ ses 3. & dies XXII. „ Viden' ut ϖ Athir bis meminerit. Deinde esset nihilominus in numeris error, si supputationis habenda ratio est. Nam a die 23. Octobris an. 362. ad 16. Febr. an. 364. non an. 1. m. 3. d. 22. sed an. 1. m. 3. d. 24. & si menses Alexandrino more considerentur an. 1. m. 3. d. 26. numerandi sunt.

viano annum unum, menſes tres, dieſque viginti duos praeteriſſe ſcribit. Abiit autem Athanaſius exulatum anno 362. Octobris 23 die. Si ergo reverſus fuiſſet menſe Novembri an. 364 duo ab exilio ad reditum, non unus annus menſeſque aliquot interfluxiſſent. Metuo equidem a Dialecticis. Periculum enim eſt ne te accuſent, quaſi pugnantia loquare. Nam quod tibi paulo ante ratum erat, id nunc video eſſe irritum. Supputationes enim annorum, menſium, atque dierum dixiſti in Codice Veronenſi plenas eſſe errorum librarii vitio (1), eſſeque proinde notis Conſulum, nominumque menſium Alexandrinorum corrigendas (2). Quid nunc

(1) Manſius & ſaepe alias, & *pag. 56. Diſſertationis* „ mendum eſt, inquit, in computo „ dierum, quod *ſaepe accidit* in hoc Chronico „ vitio vel Amanuenſis, vel interpretis ex „ Graeco. „ Conſule etiam Apologiam Manſii §. 19.

(2) Manſius *Diſſertat. de Epoch. pagin.* 34. „ Corrigendus eſt, *inquit*, textus Anonymi „ ... cum alias ex calculo menſium quos ipſe „ diligenter adnotavit, nonniſi anni duo, & „ menſes duo (non anni 2. & menſes v. a „ diſceſſu Montani ad Diogenis adventum) „ ſupputentur. „ Haec ille. Quidni igitur nunc

nunc autem? Nunc mutata ſententia, ſummas temporum recte ſe habere defendis, exque iis menſium nomina corrigi oportere. Sed eſt bis a divino Anonymo τῶ *Athir* facta commemoratio. Quid refert? ſi quidvis feres potius, quam ut de illo ſuſpicari quidquam mali poſſis. Ex te omnino haec licentia. Verumtamen vèlis nolis tota haec Anonymi de temporum notis claudicat, nutatque oratio. Sive enim conſulum, ſive menſium, ſive ſupputationum rationem conſideres, nihil fere eſt, ut oſtendi, quod ab omni vitio eſſe immune videatur. Non eſt igitur cur mihi illud opponas, quod in Apologia (1), neſcio quo jure, ſumpſiſti: „ Sed & in pluribus corruptus eſt, & in„ terdum impeditiſſimam habet Chro„ nologiam„. Quid enim interdum? Ego, fere ſemper, ajo; neque ajo ſolum, ſed etiam demonſtro plane ad veritatem. Ac vide quorſum illud quoque evadat, quod loco

nunc quoque dicendum eſt corrigendum eſſe textum Anonymi ex calculo menſium *Paophi*, & *Athir*, *quos ipſe diligenter adnotavit*? Quia non confert ad Manſii inſtitutum. Scilicet conſtat ſibi homo!

(1) Manſ. Apolog. §. XIX.

loco mox indicato dixisti „ Fateor ego „ quidem, sed numquid quod identidem „ vitium sentit vetustatis, ideo ubique „ mendosus judicandus est „? Non enim ideo esse ubique *mendosum* affirmavi, quia aliquando errat, sed quia pugnat cum antiquis Scriptoribus fere semper, idcirco fere semper errare hominem affirmavi, esseque proinde indignum, cui repugnantibus cognitis, gravissimisque Scriptoribus, fides, & auctoritas adjungatur. At „ in nostro Chronologo, inquis (1), „ ubi forte *mendum cubat*, errati hujus „ apertissima praebentur indicia „: Nego enim vero. Nam Athanasii, aliorumque Scriptorum magnae auctoritatis testimoniis, non Chronologi tui praesidio ostensum hactenus est, hunc octo chartis in sexcenta, eaque jam gravia errata incidisse. Quamobrem habe tibi τὸ *ubi forte*. Non enim haec adhiberi ab aliis verba possunt, quibus constet peccasse hominem & plerumque, & turpiter. Sed elatus studio vereor ne longior fuerim.

De rebus ab Eudoxio, ejusque sociis Constantinopoli gestis.

XXXVII. Sequitur ut de rebus ab Eudoxio sociisque Constantinopoli gestis differam. Habet autem Anonymus hoc modo

(1) Ibid.

do „ Apud Conſtantinopolim Eudoxius „ Germaniciae tenebat Eccleſiam, & „ erat inter eum & Macedonium haere„ ſis (1) „. Nempe hoc vult: Eudoxium anno 364 fuiſse Epiſcopum Conſtantinopolitanum, fuiſseque inter hunc & Macedonium diviſionem, diſcrepantiamque ſententiarum: Pergit porro. „ Per Eu„ doxium autem exiit alia pejor haereſis „ ab adulterina Arianorum Aetii, & Pa„ tricii Nicaeni communicantium Euno„ mio, Heliodoro, & Stephano. Et hoc „ accipiens Eudoxius cum Euzojo Arianae „ haereſeos Epiſcopo Antiocheno com„ municavit, & depoſuerunt per occa„ ſionem Seleucium, & Macedonium, „ & Hypatianum, & alios XV. ad ſe per„ tinentes Epiſcopos, quoniam non ſuſci„ piebant non ſimilem „. Haec ille. Hinc autem tibi exſiſtit (2) hoc anno 364 Synodus Conſtantinopolitana. Nunc ſcilicet, mi Manſi, intelligo eſſe te & ingenio, & oculis acutiſſimis. Equidem ſi diu multumque in hoc Anonymi loco diligenter conſiderando verſatus fuiſſem, fateor me ne veſtigium quidem Synodi repertu-

rum

(1) Anonym. pag. 72.
(2) Manſius *Diſſertat. pag.* 49. 50.

rum fuiſſe. Sed patere ut ex te quaeram undenam tandem conjeceris factam eſſe Concilii ab Anonymo mentionem? Nam video eſſe aliquos, qui conjectaſſe id te affirment, legiſſe autem revera negent. Eudoxium ais Epiſcopum Conſtantinopolitanum anno 364 fuiſſe teſtatur. Quid tum autem? An hinc concludes fieri Synodi mentionem? Non ego, dicis, hinc ſolum. Age ergo unde etiam? Ex his, quae ſcribit de pulſis dejectiſque Macedonio, & Hypatiano. Ego vero non de pulſis Epiſcopis, ſed de Synodo quemadmodum hinc poſſit extundi interrogo. At Sozomenus obſcure hujus Concilii meminit (1). Igitur ex dictis obſcure a Sozomeno, ab Anonymo autem ne obſcure quidem dictis, effeciſti anno 364 fuiſſe Conſtantinopolitanam Synodum celebratam. [illegible] Dialectice!

Sed priuſquam te de Sozomeno rogem, feres opinor, ſi quod animo concepi, hoc tibi nunc meum gaudium explicem. Nam amo mi Manſi te, mihique ma-

(1) Manſius pag. 49. Diſſertat. *Hujus Conciliabuli obſcure quidem mentio facta eſt a Sozomeno*. Quaſi vero ab Anonymo facta ſit clara.

maximopere gratulor, quod eum tibi tandem placere hominem videam, quem moleſte tuliſſem fuiſſe aliquando abs te Graeculum appellatum. Placetne igitur ille tibi, quod meminerit Synodi? Ita eſt profecto. Sic enim habet „ Decreverunt, „ ut ea quae Conſtantinopoli ſtudio Eu„ doxii, & Acacii geſta fuerant, irrita „ eſſent „ (1). Haeccine igitur ſunt illa verba ex quibus concluſiſti hoc anno 364 fuiſſe habitam Conſtantinopoli Synodum? At ea Synodum non olent. Verum ne nimium moroſus ſim, dabo fieri Synodi a Sozomeno mentionem. Sed cave ne illa ſit, quae extremis fere temporibus Conſtantii celebrata eſt.

Principio enim Baſilius (2) Magnus, Theo-

(1) Sozom. lib. IV. cap. VII.

(2) Baſilius M. *Epiſt.* 251. *an.* 376. *Scripta pag.* 386. *To.* I. *Novae Edit.* De Synodo Conſtantinopolitana loquens, in qua illi Epiſcopi depoſiti ſunt; ἦσαν δὲ, inquit, οἱ ἐξαρχοι τῶν καθελόντων αὐτοὺς Εὐδόξιος, Εὐίππιος, Γεώργιος, Ἀκάκιος. *Erant autem Duces eorum, qui ipſos depoſuerunt, Eudoxius, Evippius, Georgius, Acacius &c.* Atque haec geſta fuiſſe dixerat πρὸ δέκα, καὶ ἑπτὰ οὐ πάνυ ὅλων ἐτῶν. *Ante decem, & ſeptem annos non completos.* Quod ſi ab anno 376 demas annos 17 non completos, reliquus erit an. 359. vel ſummum 360.

Theodoritus (1), Socrates (2), Sozomenus (3), Philoſtorgius (4) uno verbo Scriptores omnes Eccleſiaſtici veteres, Macedonium exturbatum a Sede Conſtantinopolitana fuiſſe ferunt in ea Synodo, quae Conſtantinopoli habita eſt vivo Conſtantio. Atque eodem profecto tempore pulſus ex Eccleſia Cyzicena fuit *Eleu-*

(1) Theodor. *l.* II. *c.* XXVII. *pag.* 112. *Edit. Cantabrig.*

(2) *Lib.* II. *cap.* XLII. *pag.* 157. *Editionis Cantabrigienſis.*

(3) Sozom. *lib.* IV. *cap.* XXIV. *pag.* 168. *ejuſd. Edit.* „ Porro Acaciani, *inquit*, cum aliquamdiu ſubſtitiſſent Conſtantinopoli Epiſcopos ex „ Bithinia evocarunt, inter quos erat Maris „ Chalcedonenſis, & Ulfila Gothorum Epiſcopus. Cumque eſſent numero quinquaginta in unum collecti, formulam fidei, quae „ Arimini recitata fuerat, probaverunt..... „ Poſt haec abutentes Imperatoris (*Conſtantii*) „ ira, qua ille adverſus Macedonium erat incenſus καθαιρέσιν αὐτὸν ipſum deponunt, ac „ praeterea Eleuſium Cyzici „. Haec eo attuli, quo Sozomeni teſtimonio liqueat non de Synodo illum, quae an. 364 celebrata fuerit ab Acacianis, ſed de hac ſub Conſtantio agere.

(4) Philoſtorgius *libro* V. *Hiſtor. pag.* 507. *Editionis Cantabrigienſis. Poſt Theodoriti Hiſtoriam.*

Eleusius (1), quem Anonymus ob summam, qua pollebat, rerum Ecclesiasticarum peritiam *Seleucium* appellavit. Quod ipsum est de Hypatiano (2) Heracleensi dicendum. Neque vero illi restituti deinceps fuerunt. Quamobrem quae de pulsis e suis sedibus Episcopis Anonymus, & Sozomenus tradiderunt, ea quidem non in illam, quam ipse sine teste, sine ratione, sine conjectura ulla introduxisti, sed in Synodum commode cadunt, quae post Seleucienſem, superstite Constantio, celebrata est.

De tempore quo Euzojus & Eudoxius venerunt in communionis societatem.

XXXVIII. Deinde ferri Anonymi stupor, imperitiaque non potest, ut qui ante (3) Eudoxium cum Euzojo jam Antio-

(1) Vide locum mox indicatum Socratis, & testimonium Sozomeni, quod in Not. in §. superiorem produximus.

(2) Epiphan. haeres. 73. num. 2. Atque eo quidem in Concilio plerosque Episcopos fuisse sedibus suis ab Acacianis pulsos tradunt iidem ipsi, quos supra memoravi, scriptores, Socrates, Sozomenus, Theodoritus &c. Quare constat nihil dicere Sozomenum, quod non possit ei Concilio convenire.

(3) Anonym. *pag.* 72. „ Et hoc accipiens „ Eudoxius cum Euzojo Arianae haereseos „ Episcopo Antiocheno communicavit, & de-

„ po-

tiocheno Episcopo venisse in Communionis societatem narrat, quam esset e Constantinopolitana sede Macedonius exturbatus. Quis enim est in Historia tam, ut ajunt, peregrinus, & hospes, qui nescíat, primum omnium ejectum fuisse Macedonium (1), post Eudoxium relicta Antiochena translatum in Constantinopolitanam sedem, inde accersitum in Antiochenam Meletium (2), qui post mensem dejectus fuerit, quod Arianis accedere noluisset, postremoque Meletii loco Euzojum fuisse creatum Episcopum Antiochenorum (3)? Quemadmodum ergo ante *depositum* Macedonium *communicare* cum Euzojo *Antiocheno Episcopo* Eudoxius ille poterat, qui tum ipse Episcopus esset Antiochenus?

De tempore quo Eudoxius consensit Eunomio, & Aetio.

XXXIX. Denique jam usque ab anno 359, & ante etiam Eudoxium Aetio, & Eu-

„ posuerunt per occasionem Seleucium, & Ma-
„ cedonium &c.

(1) Vide *Socr. Sozom. Theod. Philost. loc. sup. indic.*

(2) Vide quae supra de Meletio disputavimus.

(3) Consule Theodoritum l. II. c. XXXI. Socratem *lib.* II. *cap.* XLIV. Sozomenum *lib.* IV. *cap.* XXVIII.

& Eunomio conſenſiſſe, quos tamen ſpecie fictae ſimulationis, quod vereretur Conſtantium, deſeruerit, traditum a Majoribus noſtris eſt (1). Et is Anonymus qui tam multa turbat, qui omnia miſcet, qui res anno (2) 359. 360. & 361 geſtas ita refert, quaſi anno 364 contigerint, tantum apud te obtinebit auctoritatis, ut eo teſte, contra atque veterum fides

(1) Theodoritus *lib.* II. *cap.* XXVII. *pag.* III. *Edit. Cantabrig.* „ Tunc temporis (*nempe* „ *cum ſub Conſtantio celebratum Conciliabulum Conſtantinopolitanum eſt*) apud Eudo„ xium degebat Aetius una cum Eunomio. „ Nam poſt mortem Leontii, cum Eudoxius „ Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiae invaſiſ„ ſet, Aetius ex Aegypto reverſus eſt, Eu„ nomium ſecum adducens. Cumque Eudo„ xium idem atque ſe ſentientem animadver„ tiſſet .... Antiochenae Urbis domicilium „ reliquis antepoſuit „. Eodem loco narrat damnatum ab Eudoxio fuiſſe Aetium, ut ſibi proſpiceret, neque poenas Imperatori daret.

(2) Nam, ut vidimus jam inde ab anno 359 Aetius conjunctus Eunomio, & Eudoxio erat. Anno 360 Eudoxius invaſit in Conſtantinopolitanam Sedem. Anno 361 creatus eſt Euzojus Epiſcopus Antiochenus, ne diſſentiente quidem Anonymo pag. 67. Atqui haec omnia dicebat pag. 72. ſeq. Anonymus, quaſi an. 364. contigerint.

poſtulet, novam & inauditam Synodum inducere conere, cujus tamen ne ipſe quidem meminerit? Nae tu, ſi ſapis, deſines aliquando putare auctoritatem in eo teſtimonio eſſe ullam, cujus auctor & ignotus eſt, & in tot errores, quot ne numerari quidem poſſunt, inciderit.

De Lucio Presbytero, qui Jovianū adierit poſtquam Athanaſius diſceſſerat Antiochia.

XL. De factis Lucii Presbyteri Alexandrini, quae narrat, tibi ſic confirmo eſſe omnia plena mendaciorum. Etenim an. 364 cum Athanaſius profectus Antiochia Alexandriam rediret, initum fuiſſe ab Arianis Eudoxio, Theodoro, Sophronio, Hilarioque conſilium ſcribit, conſtitutumque Lucium incitare, ut adiret ad Imperatorem, eaque contra Athanaſium diceret, quae in exemplaribus haberentur (1). Vellem autem tantum habere otii abs re mea me, ut copioſius agere de his etiam rebus poſſem. Sed quia & graviora me manent, & ſatis jam conſtare de imperitia, inanique Anonymi fide arbitror, hoc nunc

(1) Pag. 76. „ Cum Epiſcopus Athanaſius „ veniret de Antiochia Alexandriam, conſilium „ fecerunt Ariani Eudoxius, Theodorus, So„ phronius, Euzojus, & Hilarius, & conſti„ tuerunt Lucium Presbyterum Georgii inter„ pellare Imperatorem Jovianum in Palatio, „ & dicere, quae in exemplaribus habentur.

nunc breve accipe. Erat Athanaſius Antiochiae, quo tempore Lucius convenit Imperatorem. Si quem ejus rei teſtem habeam percuntere, reſpondebo habere *Acta publica* me, quae eo tempore & ſcripta, & vulgata fuerunt (1). *Petitiones Arianorum* dico, quae extant Tom. I. Operum Athanaſianorum, & quarum tanta eſt in hoc genere hiſtoriae auctoritas, quantam in Anonymo ne ſomniare quidem poſſe videare. Nam quo die adductum ad Imperatorem fuiſſe Lucium referunt, eodem habent haec fuiſſe ab Joviano de Athanaſio dicta: *Athanaſius etiam hic eſt. Qui fidei verbum neſcit ab Athanaſio diſcat*. Erat vero Jovianus (2) Antiochiae. Ibidem igitur fuerit Athanaſius neceſſe eſt. Non ergo profectus Antiochia fuerat, ut rediret Alexandriam.

Alii ejuſdem Anonymi errores de Epiſcopis Arianis, qui conati fuiſſent Jovianum circumvenire.

Rurſum in *Petitionibus* ejuſmodi, in quibus ſumma diligentia, minutatimque omnia, quae geſta ſunt, recenſentur; nulla

(1) Ἀθανάσιος ὧδε ἐστιν. ὁ μὴ εἰδὼς τὸν τῆς πίστεως λόγον, μάθη παρὰ Ἀθανασίου. P. II. pag. 784.

(2) Petitiones Arianorum ad Jovianum factae ſunt: ἐν Ἀντιοχείᾳ: Antiochiae. Vide T. I. Opp. Athanaſ. Par. II. pag. 782.

nulla eſt Eudoxii, Theodori, Sophronii, & Hilarii facta mentio, eſt autem facta Euzoii (1). At Anonymus Euzojum tacitus praetermittit, qui primas obtinuit in eo ſcelere partes, meminit autem Eudoxii, Theodori, Sophronii, & Hilarii, qui duo poſtremi, ſi ulli fuerunt, tunc fortaſſe longe aberant Antiochia. Sed quinam obſecro hi erant Sophronius, & Hilarius? Nam qui alius eſſet Sophronius praeter Pompejopolitanum, ne ſuſpicari quidem poſſum. At his magnas cum Eudoxio inimicitias exercuerat (2). De Hilario autem quid loquar? cum neque Iſaurius ille eſſe potuerit, qui memoratur in *Teſtamento* Gregorii Nazianzeni (3), neque Telmeſius, quem S. Baſilius

(1) Ibid. *petit.* 4. Καὶ δὶ Εὐζωΐου ἠξίωσαν τὸν πρεσβύτερον, τὸν Προβάτιον, τὸν Διάδοχον Εὐσεβίου, & Βαρδίωνος τὸν Εὐνοῦχον, ὡς ἵνα συσπάσεως τύχωσιν οἱ ἄπιστοι ἀριανοί. Et per Euzojum poſtularunt „ a Probatio, & ſociis ſucceſſoribus Euſebii, „ & Bardionis Eunuchis, ut conſiſtere poſſint „ perfidi Ariani.

(2) Itaque in Synodo Conſtantinopolitana an. 360. pulſus ab Epiſcopatu eſt artibus Eudoxii, & ſociorum. Socr. l. II. c. XLII. & Sozomenus *lib.* IV. *cap.* XXIV.

(3) Apud Briſſonium in *Formul. lib.* VII. *pag.* 761. *Edit. an.* 1583.

lius laudat (1), erant enim ambo Orthodoxi, neque fuit, quod ſciam, alius quiſquam ejus aetatis Epiſcoporum, qui & hoc nomine vocaretur, & ab Eunomianis, aut ab Arianis ſtaret.

De Valentiniani, & Valentis Imperio.

XLI. Sed quid illud eſt, quod adjungit de Valentiniano, atque Valente ad *imperium citius* (2) *vocatis*? Id quale ſit, nullo modo prorſus intelligo. Nam ſi mortuo Joviano continuo milites de Valentiniano conſtituendo Imperatore cogitaſſe diceret, ferrem id equidem, etſi electus ille fuerit vocatuſque ad ampliſſimam dignitatem poſt aliquot ab obitu Joviani

(1) Epiſt. CCXVIII. pag. 331. Claſſ. II. Ἐν τελμεσσῷ Ἱλαρίων Ἐπίσκοπον &c. ἀνεγνώρισε τις ἡμῖν ὡς ὑγιαίνοντα περὶ τὴν πίστιν. „ Telmeſi „ Hilarium Epiſcopum indicavit mihi aliquis „ recte de fide ſentire „. Atque is fortaſſe Epiſcopus anno 364 non erat.

(2) Anonymus *pag.* 76. „ Poſt Jovianum, „ inquit, citius ad Imperium vocatis Valenti- „ niano, & Valente, ipſorum praeceptum „ ubique manavit, quod etiam redditum eſt „ Alexandriae Pachom die x Conſ. Valenti- „ niani, & Valentis, continens, ut Epiſcopi „ ſub Conſtantio depoſiti, & ejecti ab Eccle- „ ſia, Juliani autem Imperii tempore ſibi vin- „ dicaverant, & recuperaverant Epiſcopatum, „ nunc denuo ejiciantur Eccleſiis.

dies (1). Atqui de Valente discrepans omnino est ratio. Non enim ante renunciatus a fratre Augustus est, quam ille rogatus ab exercitu fuisset, ut sibi collegam deligeret, venissetque Constantinopolim (2). Verum leviora haec sunt, quam ut pluribus refelli debeant.

De edicto Valentis contra Catholicos.

XLII. Quod ad edictum Valentiniani, & Valentis attinet, nego illud publicatum mense Majo an. 365 fuisse (3). Non enim datum fuit priusquam & extinctus Procopius tyrannus, & *baptizatus* Valens ab Eudoxio Ariano esset. Sunt autem in ea quam ipse defendo Hieronymus (4), Socrates (5), Theodori-

tus

(1) Consule Ammianum Marcellinum *lib.* XXVI. *cap.* I. *pag.* 446. & *Not. Hadriani Valesii ibid.*

(2) Ammian. Marcell. *lib.* XXVI. *cap.* IV. *pagin.* 451. & Socrat. *lib.* IV. *cap.* I.

(3) Vide Anonymi testimonium *supra relat. in not. in* §. XXV.

(4) Hieronymus in Chronic. *pag.* 146. *Edit. Scaligeri*. Postquam de interitu Procopii egit, tum ad sequentem annum „ *Valens*, inquit, „ ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus, „ nostros persequitur „. Atque ita quoque habetur in Edit. Veronensi. *Tom.* VIII. *Opp. S. Hieronymi pag.* 809.

(5) Socrates *Lib.* III. *cap.* XIII. agit de edi-

tus (1), veteres denique omnes (2), opinione, quos quidem erroris arguere, ut Anonymus unus omnium ſapere videatur, indignum eſſe exiſtimo Chronologi,

edicto Alexandriam miſſo Coſſ. *Lupicino*, & *Jovino hoc eſt anno* 367. Nam de his Coſs. loquutus eſt *lib. eod. cap.* XI. poſt, ubi de Procopii caede differuit.

(1) Theodoritus *lib.* IV. *cap.* XII. „ Valens, „ inquit, cum primum Imperii adminiſtratio„ nem ſuſcepit, Apoſtolicae fidei doctrinam „ ſequabatur. Poſtea vero quam Gothi tra„ jecto Danubio, Thraciam popularentur, „ collecto exercitu, bellum iis inferre decre„ vit. Optimum ergo factu viſum eſt illi, ut „ non divina gratia nudus, ſed ſacroſancti ba„ ptiſmatis armatura munitus, ad certamen „ procederet„. Et *cap.* XIII. Eudoxius „ igi„ tur, inquit, cum Valentem baptiſmi Sacra„ mento initiaret, jure jurando miſerum ad „ hoc obſtrinxit, ut in impietate dogmatis „ perſeveraret, & contraria ſentientes omni„ bus locis expelleret. Ita Valens relicta Apo„ ſtolica doctrina, adverſariorum partibus ſeſe „ adjunxit. Dehinc interjecto brevi tempore, „ reliqua, quae ſub jurisjurandi fide promiſe„ rat, adimplevit &c.

(2) Conſule Sozom. *lib.* VI. *cap.* XII. qui eadem de edicto ſcribit, poſteaquam diſſeruit de nece Procopii *cap.* VIII. deque Gratiano Imperatore Auguſto dicto, quae res anno 367 Lupici-

logi, qualem te ipſum eſſe praedicas (1), diligentia. Superatus autem, necatuſque Procopius eſt an. 366 (2) VI. Kal. Junias, vel XII. Kal. Jul. ut eſt a Majoribus memoriae commendatum (3): Valens vero baptiſmo initiatus eſt cum bellum Gothis indicere ſtatuiſſet (4). Quod quidem bellum ante annum 367 ſuſceptum (5) non fuit.

Quid

picino, & Jovino Coſs. contigit, ut conſtat ex Marcell. *lib.* XXVII *c.* VI. Proſper. Chron. *Par.* I. apud Caniſ. *T.* I. *Antiq. Lect. pag.* 293. Gratiano, & Dagalaipho Coſs. Procopium interemtum ait, & poſt eodem anno 346 & baptiſmum Valentis, & perſecutionem narrat, qua in re etſi anno uno ab aliis antiquioribus diſcrepet, agit tamen contra Anonymum, qui edictum retulit in annum 365.

(1) Manſius Apolog. §. XI. „Ego, inquit, „ primus inter Chronologos noſtrates &c.

(2) Ammian. Marcellin. *lib.* XXVI. *cap.* IX.

(3) Idacius in faſtis interiiſſe hominem ſcribit Gratiano, & Dagalaifo Coſs. VI. Kal. Junias. Non diſcrepant faſti Conſulares, quos edidit Cangius poſt Chronicon Paſchale *pag.* 448. *Edit. Pariſienſ.* Contra Chronicon Paſchale *pag.* 301. *habet* XII. *Kal. Julias.*

(4) Vide n. 1. in hunc Paragraphum pag. 121.

(5) Conſule Ammianum Marcellinum *lib.* XXVII. *cap.* V. ubi poſtea quam de Procopii morte,

Quid tu? Diceres ne Alexandrino ſcriptori eſſe adhibendam fidem? Non cenſeo. Facile namque intelligis Edicta de pellendis Epiſcopis, qui Arianis minime conſentirent, non ad Alexandrinam magis, quam ad alias (1) Eccleſias pertinuiſſe, quibus Orthodoxi Epiſcopi praefuiſſent.

XLIII. Ventum jam eſt ad Flavianum. Atque eſt is Anonymi tui beneficio conſequutus Praefecturam AEgypti (2). Nam nemo eſt Veterum, qui Auguſtalem Praefectum ullum eo tempore vixiſſe tradiderit, cui eſſet *Flavianus* nomen. At eſt illud peculiare Auctori tuo, ut de Alexandrinis rebus ſic agat, ut praetermittat, quae ſcripta ab aliis magna ſint, con-

De Flaviano AEgypti Praefecto.

morte, quae VI. Kal. Junias anno 366 contigerat, egit: tum „ vere (ſequentis nempe „ an. 367) pubeſcente, quaeſito in unum exer„ citu, prope Daphnem nomine munimentum „ eſt caſtrametatus. Ponte contabulato ſupra „ navium foros, flumen eſt tranſgreſſus Hiſtrum &c.

(1) Conſtat id ex Sozomeno, Theodorito &c. exque Anonymo ipſo, qui edictum generale fuiſſe ſcribit, contra omnes Epiſcopos, qui dejecti e ſedibus ſuis Conſtantii tempore fuiſſent. Vide Not. 4. in hunc Paragraphum p. 120.

(2) Anonymus *pag.* 77. *ſeqq.*

conſectetur autem, referatque ea minute, quae nemini umquam in mentem venerint. Sed eſto. Fuerit anni 365 & 366 Flavianus Praefectus Auguſtalis, nam haec Aegypti Praefectorum appellatio propria erat: quo tempore tamen ſe Alexandria ſubduxit Athanaſius non Flavianus, ut cenſet Anonymus, ſed Tatianus eam obtinebat in Provincia dignitatem. Ac ne putes nullum me ejus rei teſtem habere, audi: Sozomenus, Socrates, Theodoritus, Hieronymus, & (1) Auctor Vitae Athanaſii apud Photium (2) hanc ipſam memoriae tradiderunt, quibus omnibus ſi unum Anonymum anteponam, obſcurum, nulliuſque, ut cernis, judicii hominem, vereor ne contra tuum illum canonem peccem, qui eſt de uno ſcriptore (3) non anteferendo multis.

XLIV.

(1) Nam hi omnes an. 367. & perſequutionem Valentis in Epiſcopos, qui ſub Conſtantio dejecti fuiſſent, coepiſſe, & diſerte curatum a praefectis, ut Athanaſius Alexandria excederet, explicate narrant. Erat autem eo anno Tatianus Praefectus, ut paulo poſt conſtabit.

(2) Vide illius opus apud Montfaucon T. 1. Opp. Athanaſ. *pag.* cxxxv. *ſeq.* Huic aſſentitur Metaphraſtes *ibid. pag.* CLIV.

(3) Vide Manſii Apolog. §. 22.

XLIV. Tatianum autem anno 367 Praefecturam Auguſtalem fuiſſe ſortitum, non ex auctore *Farraginis* Scaligerianae modo (1), ſed etiam ex Anonymo tuo colligitur (2), cui viro niſi in hac quoque re fides abs te atque auctoritas adjuncta ſit, periculum erit, ne nulla ſit ratio, qua cetera, quae ab eo ſcripta ſunt, tueare. Quae cum ita ſint, velis nolis, dabis hoc mihi ante annum 367. non diſceſſiſſe Athanaſium Alexandria. *De Tatiano Aegypti praefecto.*

XLV. De Lucio, quae rurſum tuetur & falſa per ſe ſunt, & vix digna lucubratione anicularum. Principio id ſibi neſcio quo jure ſumpſerit, clam fuiſſe Lucium intromiſſum Alexandriam, dediſſeque operam, ut Arianorum Epiſcopus eſſe poſſet (3). Atqui ante Athanaſii obitum veniſſe eum, qui alium obtineret Epi-

(1) *Pag.* 85. *Par.* 11. Theſauri Temporum Edit. an. 1658. „ Lupicino, inquit, & Jobi„ no Coſs. Eo anno introivit Tatianus in Ale„ xandria primus Auguſtalius VI. Kalend. Fe„ bruar.

(2) *Pag.* 78. Ubi de Tatiano loquitur, qui Lupicino, & Jovino Coſs. praefectus erat, cum anno 366 Gratiano, & Dagalaiſo Coſs. Flavianum praefecturam geſſiſſe ſcripſiſſet.

(3) Anonym. ibid.

Episcopatum (1), Alexandriam, ut invitis civibus, primas in Arianorum factione partes obtineret, ne litterula quidem est a majoribus indicatum, etsi plerique multo quam Anonymus fecerit copiosius scripserunt rerum ab Athanasio gestarum Historiam.

Estque jam incredibile, ut qui Lucii contra Petrum Athanasii successorem conatus, artes, & scelera diligentissime persecuti sunt (2), illi hujusce rei nusquam meminerint. Nam cetera de *domunculâ* in quam se ille abdiderit (3) de illius ad suae

(1) Nam intrusus in Cathedram Samosatensem fuerat fugato vi, & armis Eusebio Episcopo.

(2) Consule Rufinum *lib.* II. *cap.* III. Theodorituni *lib.* IV. *cap.* XXI. *seqq.* Petri Alexandrini Epistolam apud eumdem Theodoritum *ibid. cap.* XXII. Socrat. *lib.* IV. *cap.* XXI. *seqq.* Sozomenum *lib.* VI. *cap.* XIX. *seq.*

(3) Anonymus *pag.* 81. „ Praedicto Consulatu Lupicini, & Jovini Lucius Arianorum „ specialiter sibi volens vindicare Episcopa„ tum, post profectionem de Alexandria mul„ to tempore advenit consulatu praedicto, „ & ingressus est civitatem latenter per noctem „ XXVI. die Toth mensis, & sicut dictum est, „ mansit in quadam domuncula latens diem „ illum. Postero autem die intravit domum, „ ubi

ſuae matris aedes adventu, de tumultu non Chriſtianorum modo, ſed etiam paganorum (1), quae nulli veterum memo-

„ ubi mater ejus commanebat, cognitoque „ ſtatim ejus adventu per civitatem, univerſus populus collectus incuſabat ejus ingreſſum. Et Trajanus Dux, & praefectus nimis „ moleſte tulerunt irrationabilem ejus & audacem adventum, & miſerunt principales, ut „ eum ejicerent de civitate .... & paulo poſt „ ipſi Judices Trajanus, & Praefectus Tatianus „ ad locum cum militibus ingreſſi domum „, produxerunt per ſemetipſos Lucium hora „ diei VII. Toth die XXVII. Lucius autem cum „ ſequeretur judices, & omnis populus civitatis poſt eum Chriſtianorum, & Paganorum, „ ac diverſarum Religionum, cuncti pariter „ uno ſpiritu... non ceſſaverunt ... vociferantes, ac turpia & ſcelerata eidem ingeren„ tes.

(1) Petrus Alexandrinus Epiſcopus Epiſtola apud Theodoritum *lib.* IV. *cap.* XXII. *pag.* 177. *Editionis Cantabrigienſis*. De Lucio ſuo perſecutore, & antagoniſta loquens „ An non ita „ eſt, inquit, cum ſceleratus ille affinia, & „ proxima ſentiens gentilibus, recentem Deum „ colere audeat. Nam in conſpectu ejus has „ laudes acclamabant: bene adveniſti Epiſco„ pe, qui filium negas. Serapis te diligens „ huc adduxit, patrium ſuum ſimulacrum de„ ſignantes &c. „ Huncine vero Pagani inſectati fuiſſent, ejicique vociferantes e civitate curaſſent? Credat Judaeus Apella, non ego.

morata ſunt, nihil moror. Sunt enim, meo quidem judicio fabuloſa. Quis namque ſibi umquam perſuadebit Paganos, qui in Lucium eſſent propenſi, obſtitiſſe ne ille Arianis praeeſſet? Et es tamen ipſe ita affectus animo, „ ut hoc narratio„ nis genus adeo nativis coloribus ex„ preſſum arbitreris eſſe, ut inde agnoſci „ facile poſſe defendas, auctorem cooe„ vum & comperta ſcribentem „. Conſidera, quaeſo te, etiam atque etiam, quid loquare, cumque demonſtratum plane ſit & errare Anonymum fere ſemper, & nulla in re illi cum Athanaſio, ceteriſque ejus aetatis ſcriptoribus convenire, deſine canere eamdem cantilenam tuam, *ubique ſibi, ubique aequalibus eorum temporum ſcriptoribus conſtat, nec umquam errat* (1).

Sed bis, inquis, Valente Imperatore ſaevitum in Athanaſium eſt. Nam vexatus ille tum primum fuit, cum Flavianus Aegypti Praefectus eſſet. Ubi autem anno 367 Tatianus Alexandriam Auguſtalis Praefectus venit, altera fuit in magnum virum concitata vexatio. Atque eſt utriuſque ab Anonymo facta mentio, ab auctore

(1) Manſ. Diſſert. *pag.* 59.

re vero vitae Athanaſii, quae refertur a Photio, atque a Metaphraſte illius tantum, quae orta tunc eſt, cum Tatianus in Aegypto gereret Praefecturam (1). Quamobrem *imperite hucuſque ſecunda haec vexatio cum priori, utpote quam ignorarunt Scriptores, confuſa eſt* (2).

Facile tu quidem arguis ceteros imperitiae. Sed vide ne qui accuſas, idem minus accurate quidquam in hac cauſſa egiſſe videare. Atque illud ex te quaero, ubinam in Anonymi opuſculo legeris vexatum fuiſſe Athanaſium cum Tatianus Auguſtalis Praefectus eſſet? Lucium ille, hoc Praefecto, coactum fuiſſe dixit Alexandria excedere, Athanaſium vero exagitatum, aut vexatum fuiſſe nuſquam dixit. Non ergo eſt utriuſ-

(1) Manſ. ibid. „ in hac, *inquit*, fideli narrationis ſerie binam S. Athanaſii vexationem diſtinguendam dicimus, alteram quidem ſub Flaviano AEgypti Praefecto, aliam vero ſub Tatiano Auguſtali AEgypti, ac illam quidem, quam Tatianus excivit, optime Chronographus noſter an. 367 collocat. Illam pariter in Scriptore vitae S. Athanaſii, & Metaphraſte, Scriptores noſtrates viderunt; quam eo anno collocarunt.

(2) Manſius ibid.

que *vexationis* ab Anonymo facta mentio. Nam si ejus de Valentis Edicto, de tumultu plebis, de Athanasii fuga, de impetu a Praefecto, & Duce noctu in Ecclesiam Dionysii, inque hospitium Episcopi facto, verba (1) cum verbis Socratis (2), atque Sozomeni (3) contulisses, didicisses tu quidem, quam duo illi in annum 367 rejecerunt, quo tempore Tatianus Augustalis Praefectus erat, & quae Hieronymi, ac Theodoriti

(1) Anonym. post verba, *quae nota* 1. *in* §. xxxv. protulimus, habet hoc modo „Ex qua „re apud Alexandriam magna est confusio, „ & turba exorta, ut Ecclesia universa fatiga„retur ... Multitudine affirmante Episcopum „ Athanasium non esse subjectum huic defini„tioni, & praecepto Imperiali ..... „ Post menses IV. *&* *dies* XXIV. Episcopus A„thanasius noctu latenter egressus Ecclesia, „ recessit in Villam juxta fluvium novum, Prae„fectus autem Flavianus, & Dux Victorinus „ ignari recessisse eum, eadem nocte ad Ec„clesiam pervenerunt Dionysii cum manu mi„litari &c.

(2) De hisce enim omnino rebus loquitur *lib.* IV. *cap.* XIII. ita, ut satis indicet ea Lupicino, & Jovino Coss. evenisse.

(3) Vide Sozomen. *lib.* VI. *cap.* XII. quo loco de hac re copiose disserit.

ti (1) ſententia contingere ante non potuit; eam vexationem fuiſſe ſtupore, imperitiaque Anonymi in annum 365 relatam. Sed id quoniam aut neglexiſti, aut non conſideraſti, quod commune ſit omnibus, ut quandoque oſcitantes errent; factum eſt ſcilicet, ut non contentus iis, quae ab Anonymo eſſent turbata, nova tua etiam opera in Hiſtoriam Eccleſiae commenta inveherentur. Verum mitto de te plura dicere. Nunc concludatur illud, ei qui octo chartis tam multa peccarit, quam ſunt ea, quae paulo ante vidimus, nullam in hiſtoria fidem haberi oportere: Anonymum autem multa peccaſſe: Non eſſe igitur Anonymo in rebus hiſtoricis habendam fidem.

XLVI. Nam quod de Athanaſii morte ſcribit, quoniam & quod attinet ad annum, revocatur in controverſiam (2), & quod ad diem a magnis viris rejectum merito eſt, cenſeo eſſe praetermitten- *De Athanaſii morte.*

(1) Conſule notas in §. XLIV. Hujus Epiſt.

(2) Vide Bollandianos *Hiſtor. Chronologica Patriarch. Alexandrinor. Tom.* V. *Act. Sanctor. menſis Junii pag.* 39. *ſeqq. &* 44. *ſeq.* Ballarinii fratres *in Priore libro Obſervationum in*

dum. Rem enim ab aliis obſervatam nihil eſt, cur eſſe rurſum refellendam putem. Sunt alia multa, quae praetereo, quae tamen poſt afferam, ſi perges laedere. Interea hoc etiam animadvertas volo, prius me quae in Anonymo, quam quae in ceteris rerum Athanaſianarum ſcriptoribus eſſent, errata quaeſiſſe, non quod tibi hortanti, ut ejus rei periculum in aliis facerem, minime vero in tuo, parere recuſarem; nihil enim mihi eſſe poteſt jucundius, quam ut tibi obtemperem, ſed quod illis iniquus videri nollem, ſi eos caſtigare aggreſſus eſſem, tuliſſemque impune Anonymum habere, qui & multo plura, & turpius peccaviſſet. Ego enim ſic exiſtimo, futurum neminem, qui cum haec diligenter expenderit, tum vel in majore numero errores tam paucis verbis, vel in pares his, in quos tuus ille inciderit, So-

in Sacra Noriſii pag. 834. *Tom.* IV. *Operum ejuſdem Noriſii Editionis Veronenſis, De Opuſculo* Acephalo Anonymi Maffejani agentes: „ Errore, inquiunt, Librariorum Pachon. „ VIII. pro Pachon. VII. poſitum eſt „. Haec illi neſcio qua conjectura ſcripſerunt, cum non librariorum magis, quam Auctoris errore conſtet id contigiſſe.

Socratem, Sozomenum, aut alium quempiam incidiſſe arbitretur.

XLVII. Quod erat praecipuum de Anonymi cum Athanaſio, ceteriſque antiquis Scriptoribus conſenſione, ſatis eſt cumulate, ut arbitror, refutatum. Sequitur ut alterum explicem, ex quo aſſequi nos conjectura poſſe exiſtimas, vixiſſe Anonymum (1) anno circiter 385 aerae Chriſtianorum. Atque illud quidem, etſi omiſſum abs te fuiſſe intelligo, propterea quod dicta quae a Maffejo fuiſſent, probanda tibi, non ſemper in tuum opuſculum transferenda cenſeres eſſe; tamen ita eſt indicatum, ut quale ſit, id qui *Obſervationes Litterarias* legerit, perfacile poſſit cognoſcere. Huc autem recidit: Eſſe credibile eum, qui (2) poſt indicatam electionem Theophili feciſſet ſcribendi finem, ſcripſiſſe Hiſtoriam, quo tem-

Manſi, & Maffeii conjecturae de Anonymo, quod circa an. 385 floruerit, nullam vim omnino ineſſe.

(1) Manſius Diſſert. *pag.* 2. „ Eſſe Hiſtoriam „ quamdam graece ſcriptam ab Auctore, qui „ Alexandriae vixerit circa annum forte 383 „ vir ille doctiſſimus (*Maffejus*) merito opinatur.

(2) „ Il terminare con la creazione di Teofilo fatto Veſcovo di Aleſſandria l'anno 385, „ può far credere, che ſcriveſſe l'autore in quel tempo „. Maff. *pag.* 84.

pore Theophilus conſequutus eſt Epiſcopi dignitatem. Feciſſe vero Anonymum ſcribendi finem poſteaquam de Theophili electione dixiſſet. Jam vero Theophilum anno 385 electum fuiſſe Epiſcopum Alexandrinorum.

Sed quae tibi, ut video, vehementer placet, ea metuo ne multis diſplicere poſſit oratio. Quo enim modo illud, quaſi concedatur, ponit; hiſtoricum, qui re quapiam indicata, confeſtim ceſſarit ſcribere, tum ſcripſiſſe, cum ea res aut coepta eſt fieri, aut perfecta? Nam quod credibile dicit eſſe, id facile darem, niſi ita eſſe reipſa vellet, ut eſt credibile. An concludere cuiquam licet eorum qui faſtos digeſſerint, qui editi a Cangio ſunt (1), alterum anno 465 alterum vero anno 372 ſcripſiſſe, quod illius faſti deſinant in ſecundum Antemii, hujus vero in Modeſti, & Arin-

(1) Deſcriptio Conſulum, ex quo primum ordinati ſunt, faſtorum Idacianorum titulo antea edita, ad Mſs. exemplar *Pariſ.* Soc. Jeſu recognita. Poſt Chronicon Paſchale *pag.* 439. *ſeqq.* & *pag.* 451. *ſeqq.* Ex Codice Saviliano, & Editione Henrici Dodvvelli in Appendice ad Diſſert. Cyprianicas Oxonii 1688. primum editas, & deinde Cypriano Joh-Felli ſemel iterumque recuſo ſubjectas.

& Arinthei conſulatu? Quanto rectius, cautiuſque Cangius ὁ κριτικώτατος eo uſque *Codices Mſs.* pertingere dixit (1), ne compilatorem faſtorum eodem tempore vixiſſe, ſcripſiſſeve dicere videretur? Quid? tot cyclos Paſchales, tot catalogos Pontificum Romanorum, tot Chronica, quot ne numerare quidem poſſumus, quae partim vulgata ſunt, partim latent in Bibliothecis Mſs. quaeque quartum, aut quintum, aut ſextum, aut ſeptimum ſeculum non excedunt, efficere ne poſſe arbitrare, ut qui ea ſcripſerint, hos putemus iis ipſis ſeculis floruiſſe? Mihi quidem certe illud videtur eſſe veriſſimum, pleroſque qui ad ea conſcribenda animum adjeciſſent, vel privatis aliis publiciſve rebus (2), & operis impeditos, vel morte praeventos, quae eſſent aggreſſi, perficere nequiviſſe.

XLVIII. Quamquam nulla ratio eſt, cur anno 385 Maffejus malit, quam anno

Nullam eſſe rationem cur an. 385 quam 411 potius Anonymum putemus appuliſſe animum ad ſcribendum.

I 4

(1) Cangius Append. ad Chron. Paſchale *pag.* 450.

(2) Heſychius illuſtris temporibus Juſtiniani ſcripſit *Hiſtoriam Chronicam* a Belo Aſſyriorum Rege ad obitum Anaſtaſii Imperatoris, quae celebrata eſt a Photio cod. LXIX. Quis autem inde con-

no 411 (1) inductum fuisse Anonymum ad scribendum. Nam si hoc illius institutum fuit, ut paucis descripta Athanasii vita, indicaret solum, quinam Athanasio succesſissent; tam potuit an. 385, quam an. 411 (2), quo adhuc in vivis agebat Theophilus, hoc modo scribere: *Post quem* (Petrum) *Timotheus, F. suus suscepit Episcopatum, annis* IV. *post hunc Teophilus est Episcopus ordinatus* (3), si scripsit vivo Theophilo.

Ac si *Acephalon* pluribusque suis partibus diminutum hoc *Chronici* genus non esset, desineretque in Teophilum, facile quidem conjecturam de tempore, quo esset scriptum, facere liceret. Nam & Catalogum Romanorum Pontificum, qui editus a Bucherio est, quia non caret initio, duciturque ad Liberij aetatem, docti viri vivo Liberio conscriptum fuisse defen-

conficere potest Hesychium tum scripsisse cum obiit Anastasius, hoc est anno 418. Mansius fortasse. Ceterum alii nolunt scriptam ante annum 527. fuisse.

(1) Nam vivebat adhuc Theophilus eo anno, ut mox constabit.

(2) Mortuus est enim Honorio IX. & Theodosio V. Cos. hoc est an. 412. Consulendi Lequienius *Tom.* II. *Orient. Christ. In Catal. Episc. Alex.* & Bolland. *Tom.* V. *mensis Junii pag.* 51. *seq.*

(3) Anonym. *pag.* 83.

fendunt, & Chronicon Paſchale, quod exordium a condita hac univerſitate rerum ſumit, producitur autem ad Heraclii tempora, compoſitum eſſe ferunt Heraclio Imperatore, & alia pleraque integra monumenta generis ejuſdem tum perfecta fuiſſe cenſent, cum ii viverent, quorum res egregie geſtas poſtremo loco complecterentur. At hoc Anonymi, non Chronicon integrum, ſed exiguum hiſtoriae (1) fragmentum eſt, carens initio, carens multis ſuis (2) partibus, carens fortaſſe etiam fine. Atque ſi illius interpolator, cui id maxime cordi erat, ut de Athanaſio ageret, paſſus eſt, ut illud ab anno demum 346 initium ſumeret, quin meminerit eorum, quae ſancto viro a prima ſua aetate ad tempora Sardicenſis Synodi contigiſſent; mirabile profecto eſſe non debet, ſi miſſis ceteris, vix retinuerit Petri, Timothei, ac Theophili mentionem. Eſt vero incredibile, auctorem Chronici (ſi tamen ullus fuit, qui illud graece integrum ſcripſerit, ut Maffejus putat) praetermittere voluiſſe, quae magnifice, fortiterque fuiſſent a Petro Ale-

(1) Vide ſupra §. 111. *ſeqq.*
(2) Vide ſupra §. 1v.

Alexandrino Epiſcopo facta. Et hic nihilominus ῥαψῳδὸς, omnia eſse reſecanda putavit, quae ad eam rem pertinerent, quo aut compendio ageret, aut omitteret, quae ſibi minus ad inſtitutum conducere viderentur. Quid ergo impediebat, quin ſimul tolleret, quae ab auctore poſt nominatum Theophilum adjuncta fuiſsent? Praeterea eſsene quemquam tam abſurdo ingenio putas, qui ex laciniis, fragmentiſque hiſtoriarum colligere poſſit, qua illorum ſcriptores aetate vixerint? Fragmentum ergo faſtorum, quod Cangius (1) dedit in *Appendice* ad *Chronicon* Paſchale, ſcriptum ab homine fuerit neceſse eſt, qui tempore Veſpaſiani floreret, propterea quod nullius Conſulis, qui poſt vixerit, faciat mentionem. Ac ſi unum illud Philippi Sidetae Presbyteri, qui claruit poſt initium ſeculi quinti, ſupereſset, quod eſt de ſucceſſione Scholae Alexandrinae, vulgatumque a Dodvvello eſt in extremo opere *Diſſert. in Irenaeum* (2), efficeret, veſtra quidem ſententia, Philippum

(1) *Pag.* 439. *Fragm.* Ex faſtis Cuſpinianeis &c.

(2) *Pag.* 488. *ſeqq.*

lippum ſcripſiſſe imperante Theodoſio ſeniore, quod in Rhodonem Philoſophum deſinat, qui eodem Imperatore Sidenem ſuam Scholam tranſtulerat. Quinetiam *excerpta Chronologica*, quae vulgata ſunt a Scaligero, quoniam deſinunt in annum 387, eo anno, tua opinione, ſcripta fuerint oportet cum tamen conſtet, ea longe poſt fuiſſe litterarum mandata monumentis (1). Quae cum cogito, venit mihi in mentem quod eſt mihi ipſi his diebus paucis nunciatum a viro docto, & amico meo. Eſſe enim aliquos dixit, qui cum in Manuſcriptum quemdam Codicem inciderint, in quo multa ſunt de Chriſto Servatore diſputata, cenſeant fuiſſe ea ſcripta Pilati tempore ab Judaeo neſcio quo hebraice imprimis perito, qui, cum actus in Crucem ſervator eſt, Hieroſolymis verſaretur. Sed in re perſpicua, & certa non eſt cur exiſtimem diutius eſſe operam conterendam. Quapropter ſatis haec pauca exempla ſunto. Quibus ſi accedant, quae ſupra de erroribus Anonymi dicta ſunt, fateare neceſſe eſt, non modo non Syn-

(1) Theſauri Temporum *pag.* 85. *Edit. an.* 1658.

Synchronum, aut ſupparem, ſed ne tribus quidem ſeculis fuiſſe illum Athanaſio recentiorem. Etenim ne fando quidem eſt auditum, hominem in hiſtoria antiqua verſatum, qui octavo etiam ſeculo vixerit, in tot errores, quot ſunt in ejus Chronico numerati, labi potuiſſe.

Etiamſi Synchronus fuiſſet Anonymus Athanaſio, tamen nullâ obtineret auctoritatem.

XLIX. Sed quid multis eſt opus? Fuerit Anonymus ille integri alicujus Chronici auctor; fuerit Athanaſio aut ſuppar, aut ſi mavis aequalis; fuerit item Latinus illius Interpres tam vetus, quam eſſe illum defendis veterem, nihil enim impedio: quem tu vero inde fructum percipies, ſi Theodoſio (1) Scriptore Codicis Veronenſis teſte, exemplaria, unde excerpta haec ſunt, mendoſa omnino erant, ex qua re factum eſt, ut ille nobis Codicem dederit fortaſſe mendoſiorem?

L. Ex-

(1) Apud Maffejum *pag.* 8. *Tom.* III. *Obſer. Litter.* „ Haec de mendoſis exemplaribus tranſtuli tandem, & quaedam quidem qua.... non ut voluit, tamen ut potui, recorrexit, quaedam autem tacito praetermiſſi rei Domini arbitrio derelinquens: qui legis ore, pro me peccatore, ſic DEUM abeas redemtore. Humillimus omnium Diaconorum Theodoſius indignus Diaconus fecit.

L. Extremum eſt, ut te orem etiam atque etiam, ne graviter feras, ſi pluribus ad te ſcripſi, quam par eſſe prima ſpecie videretur. Tot enim res tanta vi tantaque copia, quanta hae omnes erant, neque perſtringere brevius potui, neque ſi potuiſſem, id tamen mihi eſſe faciendum putaſſem. Periculum enim erat, ne ſi uſus tanta brevitate eſſem, aliis litteris eſſet opus, quibus deinceps evolverem, atque explicarem, ſi quae forte involute, implicateque ſcripſiſſem. De Auctore Chronici Paſchalis quod quaeris, expedietur illud quidem, ſed tempore. Interea hoc teneto, quod eſſe vides ſatis graviter conſtitutum, *Collectionis Maffejanae Compilatorem*, neque ſupparem fuiſſe Athanaſio, neque eſſe dignum qui Socrati a Sozomeno non praeferatur modo, ſed ne comparetur quidem. Vale.

Orat Manſium, ut ſibi ignoſcat, ſi paullo copioſius, quam par eſſe videretur, de Anonymo egerit.

Romae x. *Kal. Apriles.*

EPI-

EPISTOLA II.

ARGUMENTUM.

Negat Mamachius tam esse manifestum, quam judicatum a Mansio est, Anonymum Maffejanum aut Alexandrinum fuisse, aut scripsisse Alexandriae. Convertit deinde ad Auctorem Chronici Paschalis sermonem, ostenditque nihil minus esse verisimile, quam hunc fuisse Alexandrinum. Hanc de eodem Auctore sententiam non esse novam, ut Mansius censuit, sed communem virorum eruditorum. Postremo quia Cedrenum primum exagitavit Mansius, tum vero graeculos appellavit Socratem ac Sozomenum, ut morderet, quem norat in Graecia esse natum, quod genus ridendi esse omnes intelligunt puerile, est caput extremum Epistolae divisum in partes tres a Ma-

a Mamachio. Principio nullam ab se fuisse dicit vel mentionem factam, vel habitam rationem Cedreni, quem sciebat saepe in errores gravissimos lapsum esse, cum praesertim de rebus a memoria sua remotis ageret: quare frustra esse a Mansio in ejus erroribus recensendis locatam operam. Efficit deinceps illustribus magnorum hominum testimoniis, indignos fuisse Socratem, atque Sozomenum tanta injuria. Denique accurate describit eos, qui haberi debent in numero Graeculorum.

JOAN-

JOHANNI DOMINICO MANSIO

THOMAS MARIA MAMACHIUS

S. D.

I. EGo si minoris te facerem, quam & postulet virtus tua, & flagitare dignitas videatur, neque moleste, quae peccasses ferrem, neque curarem, ut si tua te aliquando fefelliſſet opinio, ereptum tibi mea opera errorem esse arbitrarere. Nam etsi plerosque esse intelligo, qui sibi injuriam conflari, si quis eos moneat, putent; quoniam tamen non moneri me solum, sed etiam corrigi, & castigari, quam ab adversariis, mallem profecto ab his, quibus magno & dolori esse cognoscerem, quod imprudens errassem, & curae studium aut tuendae, aut etiam augendae famae, atque existimationis meae; inductus facile sum, ut cum idem tibi, atque mihi place-

Fieri ab se plurimi Mansium. Itaque curae sibi esse, ut illi error, si in quem forte incident, eripiatur. Malle enim se ab amicis corrigi. Idipsum Mansio placere. Quamobrem id nunc se agere, ut quod ille de Patria Anonymi constituerat, ostendat, quam sit inane.

re judicarem, omni officio, hortatu, monitis, consilio, & si esset opus, redargutione, non ceteris modo, sed tibi etiam satisfacerem. Itaque cum superioribus litteris, quod res ita postulavisset, fuissem longior, ut propositis erroribus Anonymi tui, te ab eo sequendo deterrerem; intellexissemque eo animo abs te omnia accepta, quo a me scripta fuissent, statui has etiam ad te dare, quibus, quod erat reliquum de ejus Patria, quodque tibi exhibere negotium videretur, quam sit inane cognosceres. Audio enim esse ita comparatum te, ut si rebus omnibus inferior esses, hoc tamen nomine vinci abs te Chronologos omnes confidas posse, quod dicti sententiaeque tuae auctorem habeas hominem & Synchronum Athanasio, & Alexandrinum. Sed de Synchrono cum actum fuerit proximis litteris copiose, nihil attinet dicere.

Quod Anonymus mensium nomina Alexandrina usurpet, id satis clarum indicium esse nequit, ut hinc concludatur eum fuisse Alexandrinum.

Nunc illud abs te quaero, cur esse Anonymum Alexandrinum patria putes? „ Mensium, inquis, nomina Alexandrina „ semper usurpat, quod Alexandrino „ Scriptori ita peculiare esse potest, ut „ alteri plane non congruat (1) „. At hoc

(1) Mans. *Dissert. pag.* 3. & *Apolog.* §. XIII.

hoc ſatis clarum eſſe indicium Alexandrini non poſſe, non mea ſolum opinio eſt, ſed etiam hominum in hoc genere doctiſſimorum (1). Etenim & Alexandrini, & Conſtantinopolitani, & Latini cum de rebus, quae ad AEgyptios ſpectarent, differerent, uſurpare Alexandrina menſium nomina conſueverant. Qua de re, neque monere te auderem praeſtanti eruditione virum, neque docere maxima doctrina hominem, unumque correctorem Baronii, & Raynaldi; arguere vero nullo modo. Sed cum ita ratio ferat, illud vel tu me monuiſſe, vel cenſuiſſe me puta, vel propter benevolentiam tacere non potuiſſe, ut ne te diu in hoc tam magno, tamque manifeſto errore verſari permitterem. Quid igitur? Ambroſium ne Mediolanenſem Epiſcopum (2), aut

(1) Conſule Henſchenium *in Actis Sanctor. menſis Martii Tom.* III. *pag.* VII. & Cangium *in Praef. ad Chron. Paſchal. pag.* 4. *ſeqq. Edit. Pariſ.* & Reineſium *lib.* II. *Variar. Lect. cap.* XVII. *pag.*274. *Edit. an.* 1640.

(2) Claſſe I. *Epiſt.*XXIII. *pag.*887. *num.*XXI. *Tom.*II. & *pag.*884. *num.*XIV. „ Cum incidiſ„ ſet, inquit, quartadecima luna vigeſimo, & „ octavo die phamenoth menſis, celebrave„ runt

Paſchalis (1) Chronici auctorem Alexandrinos exiſtimabis fuiſſe, quod *Pharmuthis* menſis, & *Phamenoth*, meminerint, cum agerent de Alexandrinorum rebus? Atque Ambroſius, quo loco de Paſchate anno CCCLIX celebrato diſſerebat, non ſolùm Pharmuthin memoravit, ſed etiam Aeram Diocletianeam, quae erat apud Alexandrinos in uſu. Cum enim ad Alexandrinos Epiſcopos pertineret, ut Encyclicas ad alias Eccleſias Epiſtolas mitterent, quibus ſignificarent (2), quo menſe, & quo die Paſcha celebrari opor-

„ runt (Aegyptii) Paſcha quinta die Pharmuthi „ menſis, quae eſt pridie Kal. Aprilis, ac ſic „ convenere nobiſcum. Rurſus nonageſimo, „ & tertio anno a die Imperii Diocletiani cum „ incidiſſet quartadecima luna in quartumdeci- „ mum diem Pharmuthis menſis, quae eſt quin- „ to Idus Aprilis, quae erat Dominica die, „ celebratum eſt Paſcha Dominica Pharmuthis „ vigeſimo, & primo die.

(1) Chronicon Alexandr. *pag.* 285. & alibi.

(2) Conſule *Epiſt.* XCIV. *al.* LXIV. S. Leonis, quae eſt ad Marcianum Auguſtum *pag.* 628. *Tom.* I. *Opp. Edit. an.* 1675. Celebres ſunt Epiſtolae Paſchales SS. Petri, Athanaſii, Teophili, Cyrilli, & Proterii Epiſcoporum Alexandrinorum.

oportetet, iique jam more ſuo nomina & menſium, & annorum adhiberent; factum eſt, ut Epiſcopi, aut Latini, aut Graeci, qui de diebus menſis quibus celebrata anteactis temporibus paſchata fuerant, diſcrebant, eadem interdum & menſium, & annorum nomina uſu contererent. Quamobrem mirum non fuiſſet ſi, cum de rebus actis Alexandriae Anonymus ſcriberet, ſive Aegyptius, ſive Macedo, ſive Thrax etiam fuiſset, adhibuiſſet, tamen nomina menſium Alexandrina.

II. Miror autem quid ſit, quod ille non per Auguſtales Praefectos, neve per aeram aut Diocletianeam, aut aliam quampiam, quae propria fuiſset Aegyptiorum, ſed per Conſules tantum initia, ſucceſſioneſque annorum diſtinxerit. Nam haec computandorum annorum, qua Anonymus uſus eſt, ratio, ita Romano alicui, aut Conſtantinopolitano eſse potuit peculiaris, ut in Aegyptium fortaſse non caderet; non quod Aegyptii faſtos Conſulares negligerent, ſed quod alias quaſdam notas, quae illorum propriae eſsent, adjungere ſolerent. Quod cum ex litteris Paſchalibus Epiſcoporum Alexandri-

Rationem diſtinguendi annorum initia per Cōſules, qua uſus Anonymus eſt, ita eſſe propriam Conſtantinopolitano, aut Romano cuipiā potuiſſe, ut in Alexandrinum fortaſſe non caderet.

norum (1), exque Cyrilli cyclo (2), in quibus Aerae Martyrum, seu Diocletianeae facta mentio est, tum ex Farragine Alexandrina plane constat, cujus auctor & Consulum, & Augustalium Praefectorum appositis notis, distinxit temporum rationem (3). Atque haec ego scribenda ad te judicavi, non quo Anonymum Alexandrinum negarem esse, potuisse; sed quo non tam firmum id esse, quam ipse putas, perspiceres.

Etsi in fragmento Mafejano, Athanasii solum

Nam quod opponere quisquam potest, eum qui res ab Athanasio, & Alexandrinis, qui post floruerunt, Episcopis gestas

(1) Consule Epistolam S. Proterii ad Leonem Magnum apud Petavium *Tom.* 11. *De Doctrina Temporum pag.* 871. *seqq. Edit. anno* 1627.

(2) Vide Epist. Dionysii Exigui apud eumdem Petavium *ibid. pag.* 874.

(3) Cangius *in Praef. ad Chron. Paschale, pag.* 4. De Auctore Chronici Paschalis, quem Alexandrinum negat fuisse, loquens „ Ut ita, „ diceretur, inquit, necesse foret, ut ..... saltem tempora secundum Alexandrinam aeram „ (putaret) quemadmodum Jacobus Cujacius, „ Chronicon illud Alexandrinum ex Biblio„ theca Puteana appellat, quod in eo non ex „ Cos. dumtaxat Romanis, sed etiam ex suo „ Augustali annos putent Alexandrini.

geſtas complexus fuerit, nonniſi Alexandrinum fuiſſe, vide cujuſmodi ſit. Nolo autem putes, eorum me catalogum texere inſtituiſſe, qui magno numero cum ſint, tum vitam, reſque praeclare geſtas illorum deſcripſerunt, quorum neque amici, neque cives eſſent. Hoc enim ſi agerem, longior eſſem, quam oporteret. Nunc vero modum faciam neceſſe eſt. Itaque ſic habeto: Quod vulgatum a Maffejo monumentum eſt, non integram hiſtoriam eſſe, ſed fragmentum ex *laciniolis* quibuſdam conflatum, quae ex chronico, neſcio quo, eſſent excerptae, translataeque in Veronenſem Collectionem. Niſi enim ita ſe res haberet, non tot eſſent in eo fragmento lacunae, neque tot hiatus, quot & vident, qui legunt, & Maffejus fatetur, nec ipſe inficiare. Namque is, qui ad haec colligenda contulerat animum, cum animadvertiſſet non agi quoque anno ab Auctore de Athanaſio, deque Alexandrinis rebus; ſequutus eamdem rationem eſt, atque ab anno 346 ad annum 349 ab anno 349 ad 353 a 353 ad 355 gradum fecit, miſſis, quae ann. 347, 348, 350, 351, 352, 354 contigiſſent, quod indice fortaſſe careret,

res aliquae geſtae deſcriptae ſint, fiatque mentio Epiſcoporũ Alexandrinorũ ad Theophilũ uſque, tamen efficiì non poſſe auctorem ejus fragmẽti fuiſſe Alexandrinum.

qui illi ad cetera deſcribenda praemonſtraret viam. Fac autem aliquis ex Hilarii fragmentis, aut ex Chronico Paſchali, aut ex alio quopiam ſimili corraſerit, quae ad Aegypti Eccleſias pertinerent, eaque in collectionem farraginemque hiſtoriarum, canonumque tranſtulerit, continuo ne liceret concludere vel Hilarium, vel Chronici ejus Auctorem fuiſſe Alexandrinum? Hoc ſcilicet nec ego concedam, nec feret ratio, ut concedi a quoquam poſſit. Quamobrem quia Athanaſii facta quaedam, & dicta fragmentum Maffejanum continet, conſequens eſſe non poteſt, eſſe illud Alexandrino Scriptori acceptum referendum (1). Sed permittam hoc

(1) Immo vero ne idcirco quidem quia menſes, & dies numerat. Alioquin, ut in Articulo 1. Diario Palearianiano inſerto obſervatum eſt, etiam auctor Chronici Paſchalis Alexandrinus fuiſſet, propterea quod menſes dieſque minute perſequutus fuerit iis in locis, in quibus egit de Alexandrinis rebus. Quae res eo etiam ſpectat, ut quiſque perſpiciat magno iu errore verſari Manſium judicantem Anonymum ſupparem fuiſſe Athanaſio, quod menſes dieculaſque notaverit. Nam eſt id etiam conſuetum Auctori Chronici Alexandrini, etiam dum de iis differit, quae temporibus Conſtantini;

hoc tibi, ut non veriſimile modo, ſed certum etiam ſit Anonymum, & natum fuiſſe, & altum, & educatum Alexandriae. At cum oſtenſum ſuperioribus litteris ſit, multo illum fuiſſe Athanaſio recentiorem, non equidem intelligo cur, ſi Eutichio, & Severo Alexandrinis nullo modo, huic tamen, ſit aliquo, repugnantibus antiquis Scriptoribus, adjungenda fides.

III. Cognoſcis igitur, quo in caſu verſere. De auctore Chronici Paſchalis quod ſcribis, vereor ne falſum ſit. Nihil enim minus eſt veriſimile, quam eum fuiſſe Alexandrinum. Rogas *unde id noverim*? Ego vero nii Manſi niſi cognitam haberem virtutem, & doctrinam tuam, hoc uno nomine, nihil te eſſe in eo genere ſuſpicarer, in quo te ipſum aliquid putas poſſe. Perſuadere namque mihi nequeo eſſe quemquam, qui & ſit, & vocetur peritus hiſtoriae litterariae, & quaerat tamen *unde hoc noverim*? Sed cum ita contigerit, arbitror equidem te aeſtu diſpu-

Non inauditum, ſed commune, ac pervulgatū eſſe, Auctorē Chronici Paſchalis non ſcripſiſſe Alexandriae.

ni, & Theodoſii E. G. junioris contigiſſent, cum ipſe tamen ante Heraclii aetatem nequaquam floruerit.

putationis abreptum paſſum fuiſſe, quod commune eſt nobis omnibus, ut incidamus identidem in errorem. Nam, quod hortare, ut *promam Anecdotum hoc reconditum, & plane ignotum eruditis*, ferri, mihi crede, non poteſt. Quid enim? Tu me tanto tuo errore derideas? Anecdoton ne eſſe arbitrare, quod eſt commune ac pervulgatum? Vide quid agas. Sed heus tu, unde illud tam audax dictum: *plane ignotum eruditis*? Unde in iſtum locum τὸ *eruditis* venit? qua appellatione, qui digni fuerunt, hi Auctori *Chronici Paſchalis* negaverunt domicilium fuiſſe proprium ullum Alexandriae. Nam & Enſchenius (1), & Valeſius (2), & Cangius (3), & ex haereticis Stephanus Moi-

(1) Tom. III. Auctor. SS. Menſ. Martii *pag.* VII.

(2) In Notis ad Euſebium *pag.* 39. *Edit. Pariſ.* „ In Chronico, *inquit*, Alexandrino, „ quod quidem Antiochenum libentius voca„ verim. „ Eadem repetit: In notis ad Theodoritum *pag.* 21. *Edit. Pariſ.*

(3) In Praefat. ad Chronicon Paſchale *pagin.* 4. & 6. *ſeq.*

Moinius (1), Uſſerius (2), Reineſius (3), Fa-

(1) In Notis ad varia ſacra *pag.* 131. *Edit. an.* 16. „ Chronicon Alexandrinum in AEgy-„ pto ſcriptum non fuit. A quibuſdam vocatur „ faſti ſiculi, ab aliis Chronicon Antiochenum, „ ab aliis vero Conſtantinopolitanum: & cur „ Alexandrinum potius dicatur, nulla urgens „ reddi poteſt ratio.

(2) In Polycarpi, & Ignatii Epiſtolas *pagin.* LXXV. Editionis Oxonienſ. an. 1644. „ Au-„ ctor Chronici Conſtantinopolitani, *inquit*, „ quod Alexandrini nomine a Matthaeo Rade-„ ro eſt editum.

(3) Libro 11. variar. Lection. cap. XVII. *pagin.* 274. *Edit. an.* 1640. „ De auctore, *inquit*, „ hujus Chronici cujas fuerit, & quando vixe-„ rit, comperiſſe videor fuiſſe Conſtantinopo-„ litanum. Nam res Urbanas a Conſtantino „ Magno per 300 annorum decurſum curioſe „ conſignavit; notatis quorumvis accidentium „ menſibus, & diebus, eaſque ſolus non admi-„ ſcuit, ut factum in prioribus, Latinorum, „ & aliarum gentium geſta, ubi Euſebium, & „ alios Chronographos exſcripſit. Tradidit „ ſucceſſiones Imperatorum Orientis, Patriar-„ charum, Praefectorum Urbi, ſeditiones a „ plebe, incendia, oppugnationes ab externis „ hoſtibus, prodigia, terraemotus, ceremo-„ nias, & cautiones peculiares in Eccleſiam „ introductas, templorum, & aedium aliarum „ extructiones, in his rebus deſcribendis no-„ mina menſium, quibus a Macedonibus acce-„ ptis,

Fabricius (1), omnes denique (2), quos viderim, eruditi & ſuperioris, & noſtrae aetatis Scriptores, demto Matthaeo Radero, aut dubitant, aut negant omnino ejuſmodi Chronicon *Alexandrinum* inſcribi oportere. Quare quod adjungis *Alexandrinum ab aliis dici, quod ego Paſchale Chronicon appellavi* (3), ejuſdem generis eſſe cernis, atque erant tua illa ſuperiora. Si enim eos *alios* numerare coeperis, metuo ne reperire exitum non poſſis. Conſiſtes namque in uno Radero, alium autem praeterea, quem adprobatorem hujus inſcriptionis, aut Auctorem nomines, neque veterem habebis ullum, neque, ut exiſtimo, novum. Quid multa? Cave, ne ſi eam probare, per-

„ ptis, utebantur Conſtantinopoli, uſurpa-
„ vit . . . Et hinc Conſtantinopolitanum
„ Chronicon potius, quam Alexandrinum
„ Chronicon, inſcribi convenit.

(1) Johannes Albertus Fabricius *T.* VI. *Biblioth. Graecae pag.*142. quo loco *ſub nomine Chronici Alexandrini* editum illud fuiſſe refert a Radero, deinde vero *ſub veriore titulo Chronici Paſchalis a* Cangio.

(2) L. Allatius *Lib. de Purgatorio pag.*942.

(3) Manſius Apolog. §.XIV.

perges, ita omnino ut Raderus a Cangio accuſere. Non equidem tam praeſcribere poſſum, quam mihi gratum feceris, ſi curaris te ab ea cenſura liberare. Eſt enim mihi tua exiſtimatio, ut mea mihi ipſi eſt, curae. Habet vero ille hoc modo (1), carpi Raderum „ quaſi minus idoneum, „ ne dicam INEPTUM prorſus lemma „ dederit, quod illud Chronicon, cujus „ auctor incertus hactenus habitus fue„ rat, *Alexandrinum* appellaverit, nullo „ alio ductus fundamento, quam quod „ Petri Alexandrini nomen initio Codi„ cis Auguſtani legiſſet, quaſi licet Petrus „ iſte Alexandrinus Chronici auctor exti„ tiſſet, quod procul eſt a vero, ut mox „ oſtendemus, Alexandrinum ideo illud „ vocare debuerit.

At ſi Alexandrinum dictum eſt, inquis, erit inde *de Alexandrino Scriptore conjectura* (2) Pudet me in hiſce rebus explicandis tibi, expediendiſque verſari. Quae enim conjectura eſſe poteſt, ſi ut ſupra conſtitit, inſcriptum Chronicon eo modo fuit, arbitratu Raderi, non ratione?

Ex eo quod Chronicon illud Alexandrinū inſcriptum fuerit, a Radero nō poſſe nos aſſequi conjectura, compoſitum illud eſſe ab auctore Alexandrino.

(1) Cangius Praefat. ad Chronicon Paſchale *pag.* 4.

(2) Manſ. *Apolog. ibid.*

ne? Nam ab Eccleſiaſticis Scriptoribus *Paſchalium* potius dici debuit (1), a novis nihil minus, quam Chronicon Alexandrinum (2). Quamobrem conſidera etiam atque etiam, ne haec tua conjectandi ars, efficiat jure, ut eruditi viri eum te eſse infelicem conjectorem credant, quem me vocaſti injuria (3), quamquam tunc ego de rebus perſpicuis, atque teſtatis diſsererem.

Multis mendis oſtenditur ab Enſchenio, & aliis, Auctorem Chronici Paſchalis nihil minus, quam Alexandrinum fuiſſe.

De me ſic exiſtimes, & tibi perſuadeas vehementer velim, numquam conceſsurum eſse tribui illud Alexandrino cuipiam oportere, niſi ante non eo genere conjecturae, ſed graviter, ſolideque eviceris, Enſchenii, Cangii, & Reineſii argumenta vel nullius momenti, vel levia omnino eſſe. Atque ut me ab omni invidia liberem, proferam, quae diſputata ab Enſchenio ſunt, mittam autem quae a Cangio, quod eodem fere recidere videantur. Nam quae a Reineſio animadverſa fuerunt, ea quidem cum relata paullo

(1) Vide Cangium *Praef. pag.* IX.

(2) Enſchenius l. c. „ Satis eſſe poteſt eruditum lectorem hic monuiſſe, quod Chronicon illud revera nihil minus, quam Alexandrinum ſit.

(3) Manſius Apol. §. VII.

paullo ante ſint, nihil attinet repetere, ne actum agam. Sunt ergo Enſchenii verba hujuſmodi (1). „ Nihil habet „ (Chronicon illud) Alexandrinorum „ rationibus commune. Non menſium, „ non dierum nomina, quae Alexandri- „ nis AEgyptiaca erant omnia; chronico „ autem huic partim Graeca, partim „ Latina ſunt „ (*quamvis ubi de AEgyptiacis rebus agitur, ſint etiam nomina Menſium Alexandrina*) „ Non initium „ anni, quod Alexandrinis ſumitur a „ Menſe Thot, cujus primus dies reſpon- „ det XXIX diei menſis Auguſti: in chro- „ nico autem a Kalendis Januariis Ro- „ mano more ducitur; Non anni titu- „ lum, quem AEgyptii a Regibus, Im- „ peratoribuſve ſumebant, chronicon „ autem ſumit a Conſulibus ex more „ Romano. Non aeram Chriſti, quam, „ qualem uſurparint Alexandrini jam vi- „ dimus; chronicon autem prorſus non „ attingit, procedens Graecorum more „ per Olympiades AEgyptiis in rebus „ publicis conſignandis inuſitatas. Ut „ autem ex tanta characterum chrono- „ logicorum ab Alexandrinorum uſu diſ- „ cre-

(1) Loco mox indic.

„ crepantia, manifeſte convincitur Ale-
„ xandrinum non eſſe, in quo illa repe-
„ ritur; ita e converſo indubitatum vi-
„ detur ferri judicium poſſe, praedictos
„ faſtos Conſtantinopoli, ſeu Novae
„ Romae ſcriptos eſſe, ubi in uſu vul-
„ gari iſta erant omnia, magna parte ex
„ veteri Roma illuc tradu&ta ſimul cum
„ Imperii ſede, non item in reliqua
„ Graecia a Latinis nominibus magis ab-
„ ſtinente. Iſtud maxime ex poſtremis
„ praedicti chronici annis liquet, qui-
„ bus tam prolixe deſcribuntur a&ta bo-
„ ni Magiſtri in templo Studitarum Con-
„ ſtantinopoli ſepulti anno Heraclii XVII
„ ab aliis Hiſtoricis vix leviter ta&ta, ut
„ non tantum ibidem ſcripſiſſe auc&o-
„ rem, ſed ex Studitis unum fuiſſe, no-
„ bis appareat, veriſimillimum. „ Haec
ille. Praeterea hoc ſcito, Scriptorem
qui, ut Reineſius animadvertit, ſpe&a-
tor eorum fuiſſe videatur, quae anno XVI
Heraclii a Chagano Avarorum Rege ob-
ſidente Conſtantinopolim, a&ta ſunt;
cenſeri Alexandrinum vix, ſcripſiſſe au-
tem Alexandriae ne vix quidem cenſeri
poſſe (1). Plura ſi voles de Auc&ore,
& Chro-

(1) Loco mox indicato.

& Chronico conſulito eruditiſſimi Cangii eam, quam ſaepe laudavi, praefationem. Non enim eſt otium diu his immorari, quae ab aliis non obiter modo, ſed fuſe etiam, copioſeque tractata ſint.

IV. Nunc quid illud eſt, quod de Cedreno ſcripſiſti? *Cedrenus*, inquis, *ſeculi* XI. *ſcriptor eſt Graecus* (1). Bene hercle factum. Scilicet magnas tibi & agam, & habeam gratias neceſſe eſt, quaſi novi aliquid attuleris, quod omnes ignoraremus. At is multa contra hiſtoriae veritatem peccat. Quis negat? An uſquam ego aut ſequutus Cedrenum, aut hortatus aliquem ſum, ut ei adhiberet auctoritatem? Si ergo nullibi hominem nominavi, quid erat, quod mihi & aetatem ejus, & originem, & errata eſſe exponenda exiſtimares? Eo, dices, feci, ut recentiores Graecos in antiquis rebus deſcribendis lapſos ſaepe fuiſſe cognoſceres. Tu ne igitur tam me eſſe ineptum putas, ut neſcius ſim, hiſtoricos, qui de rebus a memoria ſua remotis agerent, ſaepe in errores graviſſimos incidiſſe, ſive illi Latini fuerint, ſive Graeci? Non

Cedrenū non debuiſſe commemorari in hac controverſia, quod non eſſet a nobis laudatus. Fuiſſe id factū tamen a Manſio, ut nos morderet

(1) Apolog. §. XVII.

equidem credo. Dicam quod res eſt. Cum me natum eſſe in Graecia accepiſſes, aegre me laturum putaſti, ſi parvi abs te fieri cognoſſem Graecos, qui conati fuiſſent veterem hiſtoriam illuſtrare. Itaque invectus in Cedrenum principio es, tum Socratem atque Sozomenum (1) Graeculos appellaſti, quos etiam dixiſti verſatos fuiſſe fide graeca in ſcribenda hiſtoria.

Eſſe hoc irridendi genus, quo uſus eſt Manſius, puerile. Bonos, & malos eſſe ubique locorum.

Sed eſt id genus ridendi, pungendique, pace tua dixerim, indignum gravitate tua (2). Ac ſi eſſet ponderis alicujus, tamen eſſe etiam cenſerem deſpiciendum. Mea namque ſic eſt ratio, ne curare quidem, qua quiſque ex patria ortus ſit. Bono viro malam patriam, ſi modo eſt aliqua, quae mala ſit, nocere nullo modo poſſe. Atque id cuique ſit neceſſe eſt cordi, improbi ſi cives ſui ſint, ipſe ut ſit probus. Quare placent mihi, qui rogati cujates ſint, veriti ne, ſi continuo ſuam patriam nominent, ludibrio exponi poſſint, hoc primum, ut ſe muniant, reſpondent: & bonos, & malos

(1) Apolog. §. XXIV.

(2) Apolog. §. XXIII. quo loco *ἰρωνικῶς* Socratem ac Sozomenum *fidei indubiae* eſſe ſcribit; *nempe Graecae*.

malos esse ubique locorum. Sed dedecet, te quoque judice, virum & prudentem, & gravem operam in hisce nugis aut referendis, aut confutandis ludere. Mihi vero scito tam esse amicam veritatem, ut prae illa, nullam esse habendam rationem putem non omnium graecorum modo, sed ne cognatorum quidem. Nam probo, quod dictum olim ab uno factum nunc est sermone tritum proverbium: *Amicus Socrates, amicus Plato, amicus Aristoteles, sed magis amica veritas.*

Socratem & Sozomenum, qui laudati a laudatissimis viris fuerint, etsi lapsi quandoque sunt in scribenda historia, fuisse tamen a Mãsio injuria Graeculos appellatos.

V. Nam quod Socratem, atque Sozomenum Graeculos appellaveris, multo laboro minus. Qui enim viri laudati a laudatissimis viris sunt, nihil haec maledicta, si viverent, morarentur. Quid autem illi ad haec adverterent animum, qui graves, qui sapientes, qui mirabiles essent, non a Graecis solum, sed a Latinis (1) etiam Scriptoribus appellati?

(1) Cassiodorus in *Praefat. Hist. Tripartitae*. „ Hanc Historiam, *inquit*, Ecclesiasticam „ a tribus Graecis auctoribus (Socrate Sozo„ meno, ac Theodorito) mirabiliter constat „ esse conscriptam.„ Theodorus Lector *Epist. Praefixa suae Hist. Ecclesiasticae*, Socratem atque

Quod ſi quidquam illi in ſcribenda hiſtoria peccaverunt, peccaſſe autem eos quandoque facile patior, numquam tamen fuerunt ab his, qui eſſent revera, non qui videri, quamvis non eſſent, ſapientes vellent, ita reprehenſi, ut ſuſpicari unus aliquis poſſet, aut abjectam eorum auctoritatem eſſe, aut imminutam. Quare etſi Baronius (1), Pagius (2) Valeſius (3) Her-

que Sozomenum verſatos fuiſſe dicit in deſcribenda Hiſtoria μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας *multa diligentia*. Evagrius Scholaſticus *Lib.* 1. *Cap.* 1. *Hiſtor. Eccleſiaſticae* de Euſebio, Socrate, atque Sozomeno ſermonem inſtituens, hos, inquit, res a majoribus noſtris geſtas ſcripſiſſe ἄριστα πάντων *omnium optime*. His ego malo, quam Manſio ſcriptores veteres, ut Anonymum celebret, contemnenti fidem adjungere.

(1) Vide Baron. ad an. 363. num. 64. ad an. 366. num. 5. & aliis in locis, quos nunc recenſere non vacat.

(2) Ad an. 364 num. 5., quo loco Socratem reprehendit, multiſque aliis in locis, in quibus aut alterutrum Hiſtoricorum eorumdem, aut utrumque deſerit, ut alios conſectetur.

(3) Valeſius etſi quandoque in ſuis Notationibus a Socrate, ac Sozomeno recedat, tamen de Socrate in *lucubrat. De Vita & ſcriptis Socratis* habet hoc modo; „ Ad ſcribendam Hi„ ſtoriam Eccleſiaſticam animum ſuum appli„ cuit;

Hermantius (1), Tillemontius (2), Fabricius (3) in Socratis, ac Sozomeni libris pleraque deprehenderunt, quae probari negarent posse, nemo tamen eorum inventus est, qui illos Graeculos vocare auderet. Immo vero tanta utriusque apud

„ cuit, qua in re & judicio, & diligentia usus „ est singulari . . . Neque vero Historiam „ suam negligenter, ac supine conscripsit, con„ quisitis undique optimis monumentis . . . . „ Historiam suam elucubravit. Et paulo post: „ Nihil est, inquit, in illo nisi grave, ac se„ rium. „ Quod attinet ad Sozomenum, fatetur ille quidem, esse auctorem levia interdum consectantem, sed non censet tamen adeo esse ineptum, ut sit habendus in numero graeculorum.

(1) Non est cur Hermantii verba proferam, quae sunt a Mansio adducta *Apolog.* §. XXIV.

(2) Vide Mansii *Apolog.* §. XXV. At id saltem notasset Mansius Hermantii opus Tillemontio acceptum esse referendum, hoc enim pacto Lectores cognoscerent, unum Tillemontium fuisse, qui contra atque Valesio visum esset, tam fuerit iniquus Socrati. Ceterum non audet Tillemontius Socrati, aut Sozomeno eam conflare, quam Mansius intulit, injuriam.

(3) *Lib.* V. *Biblioth. Graecae pag.* 118. *seq. Tom.* VI. *sed pag.* 119. „ Merito tamen, inquit, „ judicii, & industriae laus ei relinquitur, quam „ prae ceteris argumenti illius scriptoribus So„ crati Valesius vindicat. Socratem libenter se„ quitur Sozomenus.

eos, non dicam exiſtimatio, nam vulgare id quidem, ſed auctoritas fuit, ut miſſis ceteris, his duobus ſaepiſſime dicerent fidem adjungi oportere (1). Atque ſi haec, quae tibi, ut te tueare, placet, eſſet a quoquam regula conſtituta, nullum, cui fidendum ſit, Hiſtoricum haberemus. Quotus enim quiſque Hiſtoricorum eſt, qui vera ſcripſerit ſaepe, errarit numquam? Etenim cum errare humanum ſit, alienum vero eſſe ab homine nequeat, quod eſt humanum, fit ita omnino, ut nimium moroſi ſint, qui tales hiſtoricos deſiderant, quales neque eſſe ipſi, neque fingi ulli a natura poſſunt. Ac vereor, ne ſit, tua quidem ſententia, conſequens, non ſolum Dionyſio, Dioni, Plutarcho, ſcriptoribus Graecis, ſed ne Li-

(1) Longus eſſem ſi omnia Hiſtoricorum, non Baronii ſolum, Valeſii, & Pagii, ſed etiam Montfauconi, & Tillemontii aliorumque loca recenſere vellem, in quibus Socrates atque Sozomenus aliis praeferuntur, ita ut horum ſententia plurimum ſaepe apud eos habeat auctoritatis. Conſule tamen E. G. Baronium ad an. 370. num. 63. ubi Socratem ac Sozomenum ſequitur poſthabito Theodorito, & ad an. 350. n. 1. Pagium ad an. 370. n. 28. ad an. 363. n. 6. ad an. 340. &c.

Livio quidem Latino, laudem esse historici tribuendam. Nam hi quoque cum Romanam Historiam scriberent, in errores gravissimos inciderunt. At est hoc etiam, inquies, de Anonymo Maffejano dicendum. De illo ne ignoto? De collectore incertae aetatis? De eo qui tam multa contra historiae fidem peccat, ut nullum fere verbum dixerit, quod cum veteribus auctoribus componi posse videatur? Non equidem assentior. At sit, ut vis. Assentiar Maffejano Anonymo, ni cum Athanasio, cum Ammiano, cum aliis antiquis, ac nisi etiam secum ipse pugnet. Sed quam paucis in rebus non pugnet, proximis litteris ostensum est.

VI. Atque hoc etiam habe tibi, eos nostra aetate graeculos & appellari, & esse, qui cum graeca ignorent, tum se ostentant, quasi praestent sermonis graeci peritia. Est autem his consuetum, ut transferant quaedam verba graeca, quorum vim notionemque non sint assequuti, ex aliorum libris in suos, quo a vulgo hominum, ac si Athenis sint ab Demosthene instituti, summis laudibus celebrentur. Quamobrem auctor tibi sum tibi ipsi ut caveas, ne esse in horum nume-

ro videare. Ego vero etsi esse aliquos intelligo, qui te in eam suspicionem vocent, quod nulla fere vox graeca usurpata abs te sit, quam non esse corrupte in tua Dissertatione descriptam cernant; nolo tamen tibi, sed Typographo, te etiam invito, tam multos errores tribuere. Itaque quamquam me hortare, ut ne ego Theologus, (nam sic me, quae tua est singularis humanitas, vocas) in castigandis, corrigendisque erratis Typographi operam ludam, numquam id tamen extorquebis a me, ut sinam eum, qui erravit, impune ferre, dignitatemque illam, quam esse voluisti meam, praeferam honori, & existimationi tuae. Fac igitur deinceps Typographus curet, ut in componendis formis sit cautior. Nam posuit μακροστίχος pro μακρόστιχον (1). πάλας (2) pro πάλαι. καὶ (3) pro καὶ. δὶλῦθαι (4) pro δὶλοῦσθαι. Praeterea ut quae contra leges de spiritibus (5), & accentibus pec-

(1) *Dissertat. pag.* 12. & 62. (2) Pag. 54. (3) Ibid. (4) Ibid. (5) Errata Anonymi: *Dissert. pag.* 28. ἱπαρχου pro ἱπάρχου. pag. eadem, ἱπαρχοι pro ἱπαρχοι. *pag.* 28. ρομης pro ῥώμης.

peccavit, ne ſim longus, praeteream; tam foede corrupit locum, quem ipſe ex litteris Valentiniani, Valentis, & Gratiani in Diſſertationem tuam tranſtuleras, ut neque graeca expreſſerit recte, neque ſic diſpoſuerit latinam interpretationem, ut graecae ſententiae reſponderet. Etenim haec οὐχ ἕτω νοεῖμεν τὸ ὁμοούσιον (1) ὡς (2) καὶ (3) πάλαι (4) τινὲς ἐξηγήσαντο (5) μὴ ἀληθινῶς ὑπογράψαντες, καὶ νῦν ἕτεροι πατέρας ἐκείνους καλοῦντες... * (6) ἑπόμενοι τοῖς γράψασι * τὸ ὅμοιον δηλοῦσθαι (7) διὰ τῆ ὁμουσίᾳ (8). Sic

ῥώμης. pag. 39. εὐθὺς pro ἰυθὺς. pag. 48. & pag. 49. & 54, & 82. ὁμόυσιον, & ὁμοουσιον pro ὁμοούσιον. pag. 49. πρόσωποις pro πρσσώποις. pag. 53. ὁμοιοῦον pro ὁμοιούσιον. pag. 54. ὡς pro ὡς. pag. 54. εξηγήσωντο pro ἐξηγήσαντο. pag. 76. ὀουσιαν pro οὐσίαν. pag. 78. ἀνομοίον pro ἀνόμοιον. ibid. ουσία pro οὐσία. Praetermitto cetera σφαλματα, quae multa ſunt.

(1) *Diſſertat. pag.* 54. τὸ ὁμοούσιον.

(2) *Diſſertat. ibid.* ὡς.

(3) *Diſſertat. ibid.* καὶ.

(4) *Ibid.* πάλας.

(5) *Ibid.* ἐξηγήσαντο.

(6) Quae duobus aſteriſcis complexus ſum; ea ſunt a Typographo praetermiſſa, quae tamen neceſse erat afferre, ut integra eſſet ſententia.

(7) *Ibid.* δηλοῦθαι.

(8) Typogr. ομοούσιου.

Sic expreſſit latine „ Neque ita intelli-
„ gimus conſubſtantialem, ut quidam
„ olim (1), neque ut alii, nunc, qui
„ illos appellant Patres exponunt (2),
„ per hanc vocem *conſubſtantialem* nihil
„ aliud ſignificari quam ſimilem. „ At
ſic erant vertenda in latinum ſermo-
nem. „ Non ſic intelligimus conſubſtan-
„ tiale, ut quidam olim expoſuerant,
„ qui non vere ſubſcripſerant, & nunc
„ alii, qui eos appellant Patres ... (ſe-
„ quuti eos qui ſcripſerunt) ſimile ſi-
„ gnificari per conſubſtantiale. „ Illum
etiam reprehendas velim, quod te delu-
ſerit. Nam quo tempore tuam nobis di-
ligentiam, vigilantiamque narrabas, aje-
baſque curaſſe te, ut qua una utebare in
Apologia, ea vox quam *emendatiſſima ex-
cuderetur*, ille oſcitans effecit, ut pro-
miſſis non ſteteris, cum perverterit eas,
quae ſunt a grammaticis latae de accen-
tibus

(1) Omittitur in *Diſſert. ibid.* τὸ *expoſue-
rant*, quae res efficit, ut latina ſententia non
reſpondeat graecae. Quin etiam addere debe-
bat, quae ſunt in Graeco: *qui non vere ſubſcri-
pſerant*. Nam ita graeca περιοχὴ poſtulabat.

(2) Τὸ *exponunt* non reſpondet Graeco con-
textui. Addenda erant, ut graeca poſcunt haec
verba. *ſequuti eos qui ſcripſerant*.

tibus praeceptiones. Ea namque vox excusa sic est τριαχονθημέροι, cum τριαχονθήμεροι scribendum omnino sit. Sed de tricis ejusmodi plura profecto, quam necesse fuit. Atque eas quidem libenter praetermisissem, nisi tu me coegisses, ut de graeculis dicerem, quae sentiebam. Sed vereor, ne meas litteras perinvitus legas, quas de rebus, quae tibi minime fortasse placeant, ad te longiores mitto, quam ferre ratio videatur. Velim autem posthac sic statuas, quas dabo, quoniam nihil, nisi quod ad historiam IV. seculi pertinet, continebunt, tibi ipsi quamquam longissimas, gratissimas tamen fore. Vale.

Romae Idibus Aprilis.

EPI-

EPISTOLA III.

ARGUMENTUM.

Scribit velle se promissa conficere. Itaque aggreditur, ut erat pollicitus Mansio, de annis, quibus & celebrata Synodus Sardicensis est, & rediit Athanasius post Gregorii mortem in patriam, disputationem. Sed quoniam expediri ea satis accurate non potest, quin simul de duabus Antiochenis, de Romana, de Mediolanensi Synodis agatur, statutum abse dicit esse, ita de Sardicensi disputare, ut earum quatuor non praetermittat tractationem. Descendit ad rem ipsam, ostenditque demonstrari facile Athanasii testimonio posse, neque CCCXLIV, *neque ineunte* CCCXLV *anno celebratum fuisse Sardicense Concilium. Juliani Imperatoris locum de pugna ad Singaram aestate*

aestate anni CCCXLV *confirmare, quae sunt tradita ab Athanasio de victis ante Synodum Sardicensem Persis. Quare habitam Synodum eamdem, sin minus an.* CCCXLVII; *at saltem post aestatem an.* CCCXLV *fuisse. Affert deinceps Juliani verba, eaque cum Libanii testimoniis, cumque Chronologia Legum, quae extant in Codice Theodosiano comparat, concluditque neque ante, neque post, sed omnino anno* CCCXLV *pugnatum fuisse ad Singaram. Subdit non esse in hac re Idacianis fastis, nec Hieronymiano Chronico, ut factum a nonnullis est, adjungendam fidem. Labi Vallarsium, qui Hadriano Valesio assensus, errorem irrepsisse in Juliani codices arbitratur. Non periisse Cappadocem Sedis Alexandrinae direptorem Gregorium ante annum* CCCXLVII. *Interfectum hunc ab Alexandrinis fuisse. Mansium, qui negat, magno in errore versari. Athanasium non rediisse ante annum* CCCXLVIII *in patriam. Rursum Athanasii auctoritate pugnat retrahi Epocham Synodi Sardicensis nequire in an.* CCCXLIV, *nec in ineuntem* CCCXLV: *Utque sibi viam ad eam rem muniat, negat Gregorium ante an.* CCCXLI *ordinatum fuisse ab Arianis Episcopum*

Ale-

Alexandrinorum. Adjungit Manſium, qui reſiſtat, nihil proficere. Tribuiſſe hunc neſcio quid injuria Athanaſio, quaſi eſſet excerptum ex Epiſtola ad Solitarios, cum ejus in illa ipſa Epiſtola ne veſtigium quidem extet. Id cum eſſet a Mamachio objectum, conſulto fuiſſe praetermiſſum a Manſio, ne convictus eſſe erroris videretur. Locum Julii ex litteris ad Euſebianos non id continere de anno, quo eſt ordinatus Gregorius, quod Manſius cenſuit. Gregorio impoſitas ab Arianis fuiſſe manus poſt Majum menſem an. CCCXLI. *Quapropter veniſſe hunc an.* CCCXLII *Alexandriam, indeque Athanaſium Romam navigaſſe. Nihil impedire quin anno* CCCXLIII *ſcriptae fuerint ab Julio ad Euſebianos litterae. Euſebium, cujus in earum litterarum inſcriptione meminit Pontifex, non Nicomedienſem eſſe, ſed Emiſſenum. Concludit deinde paucis, quae fuſius ante diſputarat de adventu Gregorii an.* CCCXLII *Alexandriam. Injuria deripi in hac re ait Socrati, atque Sozomeno auctoritatem. Theodoritum hiſce duobus hiſtoricis minime repugnare. Redit ad teſtimonium Athanaſii, concluditque neque ante an.* CCCXLII *Romam eum fuiſſe*

fuisse profectum, neque venisse ante an. CCCXLV *Mediolanum. Ergo non fuisse habitum ante ann.* CCCXLV *Mediolanense, adeoque nec ante exitum ejusdem anni Sardicense Concilium. Ante an.* CCCXLVI *Legatos Synodi Sardicensis versari Antiochiae non potuisse. Gregorium rursum non fuisse ante an.* CCCLVII *affectum extremo supplicio ab Alexandrinis. Romanam Synodum fuisse an.* CCCXLIII *Julio Romano Pontifice celebratam. Aggreditur diligentiorem de anno quo habitum est Concilium Sardicense tractationem. Mansium qui consulto praetermittat, quae illi non placeant, refelli oportere. Liberii P. M. auctoritate effici facile posse Concilium Mediolanense, cui Legati Synodi Antiochenae Arianorum interfuerant; quodque habitum est ante Sardicense, anno* CCCXLVI *fuisse coactum. Non agere eo loco Liberium de Mediolanensi Concilio, cui Valens & Ursacius, sed de eo cui Macedonius, Eudoxius, & Martyrius interfuerant. Revocat post in memoriam, quae supra de annis, quibus celebrari non potuit Sardicense Concilium, disputavit; tum veterum auctoritate ostendit fuisse illud coactum an.* CCCXLVII. *Socrati ac Sozome-*

no esse in hoc genere auscultandam. Alios praeterea veteres esse, qui eamdem defendant sententiam. Circa Pascha an. CCCXLVII. *Legatos Synodi Sardicensis venisse Antiochiam, Athanasium vero revertisse an.* CCCXLVIIII *in patriam. Gregorium Cappadocem periisse initio* CCCXLVIII *anni. Jure fuisse reprehensum Mansium de interitu Gregorii dissentem. Non perveniisse Antiochiam, opinione Mamachii, Legatos Synodi Sardicensis citius, quam ferre ratio videatur. Disputationem de Agrippinensi ceteriisque Conciliis, quorum est a Mansio perturbata Chronologia, differendam in aliud tempus esse.*

JOHAN-

JOHANNI DOMINICO MANSIO THOMAS MARIA MAMACHIUS

S. D.

I. QUOD tibi promiſeram acturum aliquando me de Epocha Sardicenſis Concilii, deque reditu Athanaſii poſt Gregorii mortem in patriam copioſe (1), id quoniam tempus patitur, faciendum nunc mihi eſſe intelligo, quo & liberem quam dedi fidem, & tibi hortanti, ut me in illud ſtudium conferam, quam poſſum & cito, & diligentiſſime ſatisfaciam. Nam etſi ſunt, qui de duabus Antiochenis, de Romana, deque Mediolanenſi, quae omnes ante celebratae fuerunt, Synodis priore loco dicendum eſſe arbitrentur, tamen his neque plane aſſentior, ne videar aut negli-

Scribit ſervare promiſſa ſe velle. Itaque inundam ſibi eſſe de Synodo Sardicenſi, deque reditu Athanaſii poſt Gregorii mortem in patriam, diſputationē. Expediri hāc tamen ſatis accurate nequire, quin ſimul agatur de Antiochenis, de Romano, deque Mediolanenſi Conciliis. Quamobrē ſtatuit ita de Sar.

M ge-

(1) *Epiſt.* 1. *pag.* 23. *&* *pag.* 40.

dicenſi diſputare, ut eas quatuor non praetermittat. Exponit quid ſentiat de anno, quo habitum eſt idem Sardicenſe Concilium.

gere, quod eſt praecipuum, ſi differatur, aut adverſari tibi; neque valde repugno, cum omnes de tempore, quo Sardicenſis, & ceterae illae habitae ſunt, quaeſtiones tam ſint inter ſe colligatae, ut niſi una explicatae omnes fuerint, nulla ſatis accurate expediri, decidique poſſit. Mihi igitur ſic cenſeo, agendum eſſe de Sardicenſi, quin committam, ut praetermiſſa a me eſſe videatur de ceteris diſputatio. Sic autem ſtatuo, non anno 344, ut vis ipſe, qui Anonymum, qui Iſidorum Mercatorem, qui Chronicon Hieronymianum, qui Acta Spuriae Synodi Agrippinenſis, qui denique Theodoritum ſectare; ſed anno 347 fuiſſe Sardicenſe Concilium celebratum. Ac de Theodorito, de Chronico Hieronymiano, deque ceteris monumentis tuis alias. Nunc communis, omniumque animis penitus inſitae de anno trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo opinionis, qui fuerint auctores conſiderandum eſt. Atque ſi horum aliqui vel ei Synodo interfuerunt, vel tunc floruerunt, cum habita illa eſt, erit profecto neceſſe, ut quae doctis viris hactenus eſſent probata, ea ſine cauſa rejecta abs te fuiſſe confiteare.

II. Er-

II. Ergo Athanaſium principio dico ſic eſſe de Synodo Sardicenſi loquutum, ut plane indicarit eam neque medio 344, nec 345 anno ineunte haberi potuiſſe. Scribit enim veniſſe Sardicam pleroſque eorum, qui Euſebianis partibus ſtuderent. Hos quum eſſent ab Orthodoxis invitati, ut Synodo intereſſe vellent, reſpondiſſe, redditas ſibi eſſe litteras ab Imperatore, quibus ſignificaretur pugnatum cum Perſis partamque ab ſe ipſo eſſe victoriam (1). Itaque manere ſe Sardicae non

Athanaſii teſtimonio demonſtrari facile poſſe neque CCCXLIV, neque ineunte CCCXLV, anno celebratũ fuiſſe Concilium Sardicenſe.

M 2

(1) Athanaſ. *Hiſtor. Arianor. ad Monachos num. 16. pag. 353.* Ἐκεῖνοι ... ἀλλὰ προφάσει χρησάμενοι ὡς βασιλέως αὐτοῖς ἐπινίκια κατὰ Περσῶν γράψαντος, ἐπεχείρησαν φεύγειν. καὶ ταύτην τὴν πρόφασιν οὐκ αἰδεσθέντες ἔπεμψαν δι' εὐζαθίου πρεσβυτέρου τῆς κατὰ Σαρδικὴν ἐκκλησίας. Illi „ .... „ abſurdiore excuſatione uſi, quod ipſis Im„ perator ſcripſiſſet de victoria in Perſas, fu„ gam fecerunt. Ejuſmodique excuſationem ci„ tra ullum pudorem miſerunt per Euſtathium „ Sardicenſis Eccleſiae Presbyterum. „ Non dicet credo Manſius fictam ab Euſebianis fuiſſe eam victoriam. Nam id ante probet neceſſe eſt. Neque enim credibile eſt, aut tam impudenter mentiri Arianos voluiſſe, aut ſi mentiti fuiſſent, id non fuiſſe illis ab Athanaſio exprobratum. Cur autem abſurdam eam excuſationem

Juliani Imperatoris testimonio de pugna ad Singarā aestate anni CCCXLV *confirmari, quae sunt ab Athanasio tradita de victoria contra Persas ante Sardicense Concilium. Cōfici proinde, hoc non fuisse habitum ante aestatē an.* CCCXLV.

non posse. Quo igitur tempore nunciatum Eusebianis Episcopis est certatum, sic esse, ut dici aliquo modo victor Constantius posset, nondum Patres celebrarant Concilium. Id vero praelium commissum est anno 345 cum aestas esset, ut Juliani Apostatae scriptoris Synchroni testimonio contra Valesium, Petavium, aliosque multos cernimus esse a Gothofredo (1) ab Ezechiele Spanhemio (2) ab Harduino (3), atque a Pagio (4) constitutum. Nam in ceteris, quae facta ante praelia sunt, ne umbra quidem victoriae fuit (5). Consequens est igitur, ut ante au-

nem Athanasius vocaret, in caussa hoc fuit, quod satis non esset ea ratio, ut illi Sardica excederent.

(1) In Chronologia Codicis *Theodosiani ad an.* 345. *Tom.* I *pag.* XLV.

(2) In Notis ad Orat. I. Juliani Augusti *pagin.* 183. *Edit. an.* 1696.

(3) Ad *Themistii Orationem* I. *pag.* 374.

(4) Ad *an.* 345.

(5) Paeanius in Metaphrasi Graeca *Cap.* VI. *Lib.* X. Breviarii *Hist. Romanae* Eutropii *pag* 138. *Edit. Oxonienſis an.* 1703. De Constantio loquens: „ Περσῶν, inquit, αὐτὸ μάχῃ κραθέντων, καὶ ληφθέντων αἰχμαλώτων, καὶ πόλεις ἀποβαλόντων, καὶ πολιορκίαις καταδαπανηθέντων ἐν τοῖς ἔμ-

autumnum, vel ſi vis minus, ante exi-

 tum

ἔμπροσθεν, οὐδέποτε Κωνσάντιος καὶ Σαπώρου, τοῦ τῶν Περσῶν βασιλεύοντος, δυτυχῶς ἐπολέμησε, πλὴν ἐν Σιγγάροις, ἔνθα δὴ νίκην αὐτῶν ἀνελέσθαι παντελῆ τῶν τε ἱππέων, καὶ τῶν ὁπλιτῶν ἡ φροπέτεια, οὐ σωφρόνων τὸν καιρὸν, διεκώλυσεν. Eutropius vero *ibid.* „ A Perſis, *inquit*, „ multa, & gravia perpeſſus, ſaepe captis op-„ pidis, obſeſſis urbibus, caeſis exercitibus, „ nullumque ei contra Saporem proſperum „ praelium fuit, niſi quod apud Singaram „ haud dubiam victoriam ferocia militum ami-„ ſit; qui pugnam ſeditioſe, & ſtolide contra „ rationem belli, die jam praecipiti popoſce-„ runt. „ Haec Eutropius auctor Synchro-nus; ex quibus plane colligitur, in ceteris cer-taminibus cum Perſis proſperi nihil eveniſſe. Contra aliqua ſpecies victoriae in eo praelio ad Singaram fuit, ut ex Juliano, & Libanio paullo poſt conſtabit. Ac Themiſtius Ora-tione prima *pag.* 12. *Edit. Pariſ. an.* 1684. huc reſpiciens: victum fuiſſe Perſam, innuit, non *a Meſopotamiae regione*, ſed ab ἀρετῇ τοῦ βασιλέως *a virtute Imperatoris*. Quamobrem ſcite, appoſiteque Harduinus loco mox indica-to. „ Ad Singarenſem victoriam, inquit, qua-„ liſcumque demum ea fuit, victoribus enim „ perinde ac victis cruentam fuiſſe memorant „ coaevi ſcriptores, ſed ad eam tamen referri „ iſta (Themiſtii) poſſunt percommode, & ve-„ ro debent, maxime ſi Eutropium audimus, „ quo auctore: *nullum contra Saporem proſpe-„ rum Conſtantio praelium fuit, niſi quod apud „ Singaram*.

tum saltem aestatis anni 345 celebrari nequiverit Sardicense Concilium. Quare tota illa tua de anno 344, deque initio anni 345. falsa est ratio.

Affert Juliani Imperatoris locũ, variisque Libanii testimoniis, auctoritateque legũ, quae exstant in Cod. Theodos. efficit neque ante, neque post an. CCCXLV pugnatum fuisse ad Singaram.

III. Habet autem Julianus hoc modo, sex fere annos (1) antequam Constantio de Magnentii defectione, deque Constantis nece nunciatum esset, pugnatum fuisse ad Singaram. Accepisse autem nuncium earum rerum Constantium an. 350 exeunte Hyeme (2). Ab anno autem 345 ad annum 350 numerantur anni fere sex. Consulto enim addidit τὸ ἔκτον πως *sextum circiter*, ut omnes eos annos comple-

(1) Ἦν μὲν γὰρ ὁ Χειμὼν ἐπ' ἐξόδοις ἤδη, ἔκτον πού μάλιστα μετὰ τὸν πόλεμον ἐκεῖνος, οὗ μικρῷ πρόσθεν ἐμνήσθην. ἦκε δὲ ἀγγέλων τις ὡς γαλατίαν μὲν σωσαφεσῶσα τῷ τυράννῳ, ἀδελφῷ τῷ σῷ βουλεύσαί τι, καὶ ἐπῆλθε τὸν Φόνον. Julian. Orat. 1. *pag.* 26. *Edit. Lipsi. an.* 1696. „ Exeunte „ jam hyeme, sexto circiter anno post bellum „ illud, de quo paullo ante dixi, nunciatum „ est, Galliam una cum Tyranno defeciisse, ac „ fratri tuo insidias struxisse, caedemque per„ petrasse.

(2) Non autumni initio, ut Harduino visum est loco mox indicato. Dixi autem anno 350 non quod annum indicet Julianus, sed quod Historici interfectum fuisse Constantem referant *Sergio* & *Nigriniano* Cos. an. scilicet 350.

pletos non fuiſſe cognoſcerent (1). Et quidem collata ſigna ad annum 345 non fuerant. Etenim ſi certatum fuiſſet aeſtate ſuperioris anni, menſe quidem Majo anni 345, neque preſſus bello perſico Imperator fuiſſet, neque Niſibi conſtitiſſet, quae urbs Singara prope aberat, ut ſi poſtulaſſet ratio, confligere cum hoſte poſſet. Etenim cum Libanio (2) ſcri-

 pto-

(1) Eo videlicet modo, quo Socrates *lib.* II. *cap.* XXVI. & Sozomenus *lib.* IV. *cap.* I. Conſtantem occiſum ferunt quarto anno poſt Concilium Sardicenſe. Concilium autem celebratum ferunt an. 347. Conſtans vero necatus eſt anno 350. 18. Januarii die. Quare a confecto Concilio ad necem Conſtantis etſi ne tres quidem anni completi fluxiſſent, tamen 4 praeteriſſe ſcribunt, propterea quod numerarent, ut civilis annus poſcebat, hoc modo, an. 347. 348. 349. 350. quo caeſus Conſtans a Magnentio fuit.

(2) Libanius Orat. III. quae inſcribitur *Baſilicus*, quae ut mox videbimus ſcripta aut an. 346. aut anno 347. fuit. *pag.* 130. *Tom.* II. *Opp. Edit. Pariſ. an.* 1627. ἐνταῦθα δὴ Βασιλεὺς νίκλω ἐνίκησεν &c. *Interea Rex victoriam reportavit.* & pag. 132. πῶς δ' οὐκ ἂν δείη Πέρσας ἠττῆσθαι περιφανῶς, οἳ διέβησαν μὲν, ὡς τῆς ἐπέρων κρατήσοντες, τοσούτων δὲ πολεμικημάτων ἀπολαύσαντες, ῥίψαντες τὰς ἐλπίδας, ἀπῶντες ᾤχοντο. „ Quis autem non ſtatueret Perſas inſigni-
„ ter ſuperatos eſſe, qui trajecerant quidem,

„ ut

ptore ejus aetatis teſte, ſtatim atque pugna-

„ ut aliorum terra fruituri, tot autem, ac tan-
„ tis commodis potiti, abjecta ſpe, celeriter
„ abſceſſerunt? Et pag. 133. Τα μὲν παῦτα ἐν
τῇ μάχῃ. Ταῦτ' ἐπ' ἐκείνῃ. Τοὺς μὲν νεκροὺς
οὐκ ἀνείλοντο. Πρὸς δὲ τὴν φυγὴν ἠπείχθησαν.
Τὰς δὲ γεφύρας διέλισσον. Ἀναμαχεῖσθαι δὲ τὴν
πληγὴν, οὐδὲ ὄναρ ἐλπίζουσιν... pag. 134 Ταῦτ'
οὖν οὐκ ἀμφισβητήσιμόν ἐσι ποιοῦσα τὴν μάχην.
κ. τ. λ. „ Atque illa quidem ſunt, quae in pu-
„ gna contigere; haec poſt eam: Cadavera
„ non ſuſtulerunt; inimo ad fugam praecipites
„ ſe conjecerunt; ac pontes ſolverunt: cladem
„ vero alia pugna reparare, ne in ſomnis qui-
„ dem ſperant... Igitur non controverſam
„ haec victoriam pugnae efficiunt. Pag. 134. „
& paulo poſt. Ἔχω δὲ λέγειν πολὺ τούτου μεῖ-
ζον, ᾧ μηδ' ἂν αὐτὸν ἀντειπεῖν οἶμαι τὸν τῶν
Περσῶν δυνάσην. ὅτι μὲν γὰρ ἐν τῇ νυκτομαχίᾳ
πάλιν ἀπῆλθον οἱ λειπόμενοι τῶν Περσῶν παρ'
ἀμφοτέρων ὁμολογεῖται. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος
τῷ δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ κρατηθέντας φυ-
γεῖν, ἢ κρατήσαντας ὅμως, εὐλαβηθῆναι τὸ μέλλον.
„ Habeo etiam dicere, quod hoc multo gra-
„ vius, & majus eſt, cui ne ipſum quidem Per-
„ ſarum dominatorem reclamaturum: enimvero
„ ab utriſque conceditur, quod in praelio
„ nocturno ſuperſtites Perſarum rurſum abie-
„ rint: hoc cum ita ſe habeat, alterum e duo-
„ bus neceſſarium eſt, ut aut victi fugerint, aut
„ victores ſibi prudenter caverint a futuro.
Conſule Julianum l. c. pag. 25.

gnatum fuit, confectum bellum eſſet, quod praecipites ita ſe fugae mandaſſent Perſae, ut domum contenderint, ſimulque ſpem omnem abjecerint aut praeliandi rurſum, aut invadendi in hoſtium ditionem; non cenſuiſſet Imperator Niſibi eſſe ſibi manendum. At verſabatur in ea Urbe anno 345. Cur autem niſi adhuc bello perſico preſsus eſset (1)? Non ergo ſublatum erat bellum vere anni 345. Contra anno 346 Conſtantinopolim Imperator Conſtantius venit (2), ubi ad annum 347 verſatus eſt (3). Concludatur igitur

(1) Niſibi enim ſcripſit *legem* v. *Tit. De Exactionibus Cod. Theodoſ.* IV. *Idus Majas. an.* 345.

(2) Conſtat ex legibus eo anno Conſtantinopoli datis, quas refert Gothofredus in *Chronologia pag.* XLV. *Primae Editionis Tom.* 1. *Cod. Theodoſ.*

(3) Nam an. 356. X. Kal. Septembris Conſtnatinopoli erat *leg.* 4. *de Fide Teſtium Cod. Theod.* VIII. Idus Martii *an.* 347. Ancyrae in Galatia. *l.* 4. *Quorum Appellationes. Cod. Theod.* V. Id. Majas. Hieropoli in Syria *l.* 1. *De bonis militis Cod. Theod.* Eo autem dixi ad an. 347. verſatum Conſtantinopoli fuiſſe Conſtantium, quo videam illum VIII. Idus Martias Ancyrae degiſſe; quae res indicio eſt, eum ante aliquot dies diſceſſiſſe Byzantio, Ancyramque veniſſe, ut deinde Syriam peteret.

tur anno 345 cum aeſtas ferveret (1), etſi magna Romanorum caede, ſic tamen fuiſſe dimicatum, ut Perſae reverſi in Patriam, reliquiſſe viſi ſint omnem cogitationem renovandi belli. Conſtantium proinde toto fere anno (2) 346 degiſſe Conſtantinopoli, quod nihil tum a Perſis metueret. Anno vero 347 in Syriam ſe contuliſſe. Quamobrem aeſtate anni 345 pugnatum ad Singaram eſt. Cumque poſt pugnam celebratum fuerit Concilium Sardicenſe, ſequitur illud ante exitum aeſtatis, immo vero ante autumnum non fuiſſe habitum, adeoque lapſum eſſe te qui an. 344. aut initio an. 345 actum fuiſſe exiſtimaveris. Ex qua etiam re colligi facile poteſt quo tempore ſcriptum Libanii Baſilicon fuerit. Non enim aſſentior Gothofredo, Spanhemio, aliisque ajentibus fuiſſe illud ſcriptum anno CCCXLIX. Nam etſi poſt annum illum ſcribi non potuit, quod in eo Conſtantis etiam tum regnantis fiat mentio; qui XV. Kal. Februar. an. CCCL deceſſit; tamen, quo

(1) Θέρος μὲν γὰρ ἦν ἀκμάζον ἔτι. *Fervebat tum adhuc ſumma vis aeſtatis*: ſic enim vertit Dionyſius Petavius Juliani verba *Orat.* 1. *pagin.* 23. *Edit. an.* 1696.

(2) Toto *fere* anno dico, nam initio an. 346. non conſtat ubinam Conſtantius moraretur.

quo tempore Libanius Basilicon edidit, Persae nihil novi contra Romanos audebant, ut vidimus, neque renovarant bellum. At jam usque ab initio anni 349 (ut ne Gothofredus quidem in Chronologia negat) Persae bellum intentarant Romanis. Immo vero cum Constantius in Syriam ab an. CCCXLVII. se contulisset, ut se Persis, quod quidem vero est quam simillimum, novas res molientibus, si opus esset, opponeret, censendum est Basilicon ante illud tempus, adeoque an. CCCXLVI fuisse scriptum.

IV. Scio esse aliquos, qui Hieronymiano Chronico (1) & Idacianis fastis (2) esse insistendum, errorenique irrepsisse in Juliani Codices arbitrentur. Atque sunt inter eos quidem Hadrianus (3) Valesius, Tillemontius (4) & recentiore memoria Dominicus Vallarsius (5), qui cum

Non esse Idacianis fastis, neque Chronico Hieronymiano adjũgendam fidem, ut facilũ a Valesio, & Tillemontio est. Vallarsiũ, qui Valesio assen-

(1) *Pag.* 794. *ad an.* II. *Constantii Edit. Veron. Tom.* VIII. *Opp.* S. Heron.

(2) Ad Consul. *Philippi & Saliae*.

(3) In Notis ad *Cap.* V. *Lib.* VIII. Ammian. Marcellini.

(4) Tillemont. Nota XIII. in Vit. Constantii *Tom.* IV. *Vit. Imperatorum*.

(5) *In Not. ad loc. cit. Hieronym. Chronici. pag.* 396.

ſus, errorem irrepſiſſe in Juliani Codices arbitratur, refelli oportere.

cum in an. 348 referat pugnam Singaricam, tum *veroſimilius* eſse, dicit, in Codicibus Juliani *numericas notas fuiſſe librariorum errore corruptas, puta poſitum ς' pro β', ut Valeſio, & Tillemontio notatum eſt: Quod ſic hiſtorica Conſtantii Geſtorum ſeries* poſtulet: id quod eſse addit, *rei* totius *caput* (1). At nulla cauſsa eſt cur miſso ſcriptore ejus aetatis, cui haec eſsent explorata, quique orationem eam habuiſset praeſente fortaſſe Conſtantio, recentioribus auctoribus Hieronymo, & Idacio auſcultemus, quorum chronica cum plena mendorum ſint (2) tum pugnam in annum 348 rejiciunt. Quod autem de vitiatis Juliani codicibus dicunt, commenticium eſt (3). Nam Codices nullos proferre poſ-

(1) Vallarſius *ibid. pag. 396. Tom.* VIII. *Opp. S. Hieron.*

(2) Spanhemius in Notis ad *Orat* 1. *Juliani pag.* 184. „ Unde hac in re, ſeu in conſtituendo „ praelii illius ad Singaram anno, longe po„ tior hic habenda ... ratio Juliani eidem prae„ lio συγχρόνου .... quam vel Hidatii vel Hie„ ronymi, quorum lubrica ſaepe in talibus „ fides, quique multis poſt annis ... vixere.

(3) Spanhemius in Notis ad *Orat.* 1. *Juliani pag.* 183. „ Valeſius, inquit, apud Julianum τεί-

poſsunt, qui ſecus habeant, ut inde emendari, caſtigarique noſtri poſſint. Sed quid multis eſt opus? Athanaſius ante Synodum Sardicenſem ſcriptum fuiſse ad Euſebianos refert de ſuperatis Perſis ab Imperatore (1). Quem Athanaſii locum ſi Gothofredus, ſi Spanhemius, ſi Pagius, ſi Harduinus denique obſervaſsent, non tam in ſua ſententia tuenda laboraviſsent. At ſi aeſtate anni CCCXLV pugnatum eſt, cur in annum CCCXLVII diſtulit Conſtantius ad Epiſcopos ſcribere? Ego vero cur diſtulerit, neſcio. Illud ſcio ita, ut dixi, Juliani, & Athanaſii teſtimonia poſtulare. Fortaſse ſcripſerat ante Conſtantius, ſed Ariani, qui ſtudium omne adhibebant, ut Sardica, ſpecie quadam honoris excederent

„ τεῖχον pro ἴκτον legendum credidit: cum ta-
„ men id una ejus conjectura, (adverſantibus
„ veteribus libris, & ipſo etiam Voſſiano Co-
„ dice) nitatur. „ Quod ſic haec nobis facultas corrigendi noſtro arbitratu detur quae nobis non placeant, vereor ne nullus locus in veterum ſcriptis ſit, quem non liceat immutare, ut cum noſtris opinionibus componi poſſit. Ac fallor etiam annon impune Cacciarius Noſter dimiſſus a Vallarſio fuiſſet, ſi hac tanta uſus eſſet licentia.

(1) Vide ſup. Not. 1. §. 11. *Hujus Ep. pag.* 179.

rent, tum Epiſtolam ad ſe ab Imperatore miſſam, produxerunt, ut oſtenderent ſe diutius conſiſtere Sardicae non poſſe, quin ſe ad Imperatorem conferrent.

Gregorium Cappadocem ante annum CCCXLVII. minime pe tiiſſe.

V. Et breviter ſane, minimeque obſcure expoſita eſt ratio de annis, quibus celebrari non potuit Sardicenſe Concilium. Nunc quid ſequatur, cognoſce. Everſa omnia ſunt, quae de morte Gregorii, deque reditu Athanaſii Alexandriam ſatis bene conſtituta abs te eſſe, arbitrare. Dabis autem, quoniam ſic eſt auctoritate veterum demonſtratum, ante exitum aeſtatis anni 345 non fuiſſe, habitum Sardicenſe Concilium. Aſſentiere praeterea eo celebrato, legatos a Patribus fuiſſe ad Imperatorem miſſos, qui Antiochiae tempore Paſchatis agerent (1). At cujus Paſchatis amabo te? Anni ne 345? Minime vero. Nam ante ejus ipſius anni autumnum nondum erat ea Synodus habita. Ergo vel 346. vel 347. Fac ut an. 346. Verum decimo poſt ab eo Paſchate menſe Gregorius (2), te ajente, in-

(1) Athanaſius *Hiſt. Arian. ad Monachos n.* 2c. *Tom.* 1. *Opp. Edit. Montfauconi.*

(2) Manſius Diſſertat. *pag.* 4. Vide ſupra Epiſt. 1.

interiit. Perierit igitur neceſſe eſt, ſi non an. 348, at initio ſaltem an. 347. Non ergo initio an. 346. Quare fit etiam ut haec tua de tempore mortis Gregorii, non nutet modo, ſed corruat quoque ſententia.

Gregorium Cappadocem fuiſſe ab Alexandrinis civibus interfectū. Quare Manſiū, qui negat, in errore verſari.

Et quia Gregorii Cappadocis facta eſt mentio, volo eorum memineris, quae ſuperioribus litteris ad te ſcripſi. Qui enim de rebus a memoria ſua remotis egiſſent, ſive Graeci fuiſſent, ſive Latini, hos ego dixeram & erraſſe ſaepe, & induxiſſe incautos in errorem. Confert autem id nunc maxime, ut recorderis qui ſis, & quam tute magis, quam Cedrenus abeſſet, abſis ab aetate Gregorii. Quae res etſi eſt per ſe manifeſta, eſt tamen tibi revocanda in mentem, quod ita interdum te geras, ut ejus vel neſcius, vel oblitus eſſe videare. Nam ſic exagitaſti Cedrenum de interfecto Gregorio diſserentem, ut cum illum deceptum fuiſſe contenderes, propterea quod undecimo ſeculo vixiſſet, tum quaſi ipſe verſatus Athanaſii tempore fuiſſes Alexandriae, *Gregorius*, ſcripſiſti, *naturali morte non violenta deceſſit* (1). Atque hinc ſane co-

(1) Manſius Apolog. §. VI.

cognitum magis est, quo plus quisquam recentior est, eo hunc, si de rebus antiquis, quin veteres consectetur, sermonem instituat, decipi facilius, errareque posse. Tu namque corrector, cum Cedrenum emendares, tum maxime captus errore es, remque ab eo constitutam, & sapienter, & vere, in falsis esse numerandam pronunciasti, ac si a nemine fuisset scripta, qui eam aetatem proxime attigisset; quamquam erat ea memoriae tradita ab Theodorito (1). At est id fortasse novum illud, de quo: *novi*, inquis, *aliquid tento, quod pauci* (2). Dicis tu quidem, mi Mansi, id quod res est. Nam pauci mihi crede, sunt, qui haec *nova*, vel curent, vel moliantur.

VI. De

(1) *Lib.* II. *cap.* IV. quo loco de Gregorio agens. Δίκας ἔτισε, inquit, τὰς πονηρίας ὑπ' αὐτῶν πικρῶς διαφθαρεὶς τῶν προβάτων. Poenas *improbitatis dedit, ab ipsis ovibus misere discerptus*. Et Cap. XII. ἐτεθνήκει ὁ Γρηγόριος, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων δεξαμενος τὴν σφαγήν. *Mortuus autem erat Gregorius ab ipsis illis* (nempe Alexandrinis) *interfectus*. Sunt proinde in eadem sententia Tillemontius in *Vita Athanas. Art.* LVI. *pag.* 122. *Edit. Paris.* Et ex haereticis Samuel Basnagius ad an. 349. aliique.

(2) *In praef. ad Dissert. de Epochis.*

VI. De Athanaſii reditu paucis abſolvi omnis quaeſtio poteſt. Nam poſt integrum a morte Gregorii annum in Italia adhuc erat (1). Obiit autem Gregorius ante initium anni 347 (2). Erat igitur initio anni 348 Athanaſius in Italia. Non redierat igitur anno 346 Alexandriam. Quamobrem & Anonymi fragmentum, & chronicon Hieronymianum, quibus tu eſſe adjungendam putaſti fidem, vitio laborent neceſſe eſt.

Ante an. CCCXLVIII Athanaſium non rediiſſe in Patriam.

VII. Eſt alterum non minus grave argumenti genus ex Athanaſii ad Conſtantium Apologia deductum, quod idem omnino efficiat, quod eſt ſuperioribus paragraphis de Synodo Sardicenſi, de morte Gregorii, deque reditu Athanaſii demonſtratum (3). „ Alexandria, inquit il-

Rurſus Athanaſii auctoritate ſtatuit retrahi Epocham Synodi Sardicenſis in CCCXLIV. vel in CCCXLV incuntem annum non poſſe.

N „ le,

(1) Vide ſupra Epiſt. I. §. VIII.

(2) Vide hujus Epiſtolae §. IV.

(3) Ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας . . . εἰς τὴν ῥώμην ἀνῆλθον. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ κατ' ἐμαυτὸν διαθέμενος, οὕτω γὰρ μόνου μοι φροντὶς ἦν, ἰσχολάζειν ταῖς σωτείαις. Τριῶν οὖν ἐτῶν παρελθόντων, πέμπτῳ ἐνιαυτῷ γράφει κελεύσας ἀπαντῆσαί μοι φησὶν αὐτὸν, ἦν δὲ ἐν τῇ μεδιολάνῳ. ἐγὼ δὲ διορωτῶν τὴν αἰτίαν. οὐ γὰρ ἐγίνωσκον, μάρτυς ὁ κύριος. ἔμαθον ὅτι ἐπίσκοποι τινὲς ἀνελθόντες, ἠξίωσαν αὐτὸν γράψον τῇ σῇ εὐσεβείᾳ, ὡς σωσόδον γενέσ-

„ le, profectus ſum . . . ut Romam pete-
„ rem, atque ibi cum ea, quae mea in-
„ tererant, Eccleſiae commendaſſem
„ (quod mihi curae erat, Eccleſiaſticis con-
„ ventibus vacabam ... Triennio ex acto,
„ quarto anno miſſis litteris, me accivit,
„ quo tempore ille Mediolani verſaba-
„ tur. Ego vero ſciſcitabar quid cauſſae
„ eſſet, quod accerſerer, non noram e-
„ nim, teſtis mihi dominus eſt, didici-
„ que quoſdam Epiſcopos, qui eo conceſ-
„ ſerant, rogaſſe illum, ut tuae pietati
„ pro Synodo cogenda ſcriberet . . . Me-
„ diolanum igitur cum acceſſiſſem ma-
„ gnam ejus expertus ſum humanitatem:
„ me quippe dignatus eſt ad conſpe-
„ ctum admittere ſuum: indicavitque
„ mihi ſe ſcripſiſſe, & ad te miſiſſe, ro-
„ gaſſeque, ut Synodus convocaretur.
„ Me autem poſtea in praedicta Urbe de-
„ gen-

γενέσθαι. καπελθων εἰς τὴν μεδιολάνων, εἶδον πολλὴν φιλανθρωπίαν, καπηξίωσε γὰρ ἰδεῖν με, καὶ εἰπεῖν, ὅτι ἔγραψε, καὶ ἀπέσειλε πρὸς σε, ἀξιῶν σωὸς θον γενέσθαι. Διάγοντα δὲ με ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει, μεπεπέμψατο πάλιν εἰς τὰς παλλίας, ἐκεῖ γὰρ ὁ πατὴρ ὅσιος ἦρκειτο, ἵνα ἐκεῖθεν εἰς τὴν Σαρδικὴν ὁδεύσωμεν. *Apolog. ad Imperat. Conſtantium pag. 297. num. 4.*

„ gentem, misit in Gallias, eo enim Pa-
„ ter quoque Hosius convenerat, ut una
„ inde Sardicam, peteremus „. Haec ille. Ex quibus plane est consequens, quarto anno, sin minus ex quo Romam venit, at ex quo saltem profectus Alexandria est, ut in Urbem contenderet, accitum eum Mediolanum fuisse ab Imperatore. Videamus nunc jam quo tandem anno discesserit ille Alexandria. Pagius (1) rem conjicit post Pascha an. 341. Estque eadem Tillemontii (2) aliorumque sententia. Negas ipse (3), quod componi illa cum Anonymo tuo, cum Athanasio, cum Hieronymo, cum Theodoreto, cumque Socrate, atque Sozomeno nequeat. Itaque abiisse Athanasium e Patria censes an. 340. Sed de Theodoreto agam alio loco opportune. Nam superioribus litteris observatum est, quid sit de Anonymo sentiendum. Itaque de Sozomeno primum. Nam sic postulat ratio instituti mei.

(1) Ad ann. 341. num. 3.
(2) In vita Sancti Athanasii *Artic.* 38. & *not.* 44.
(3) Consule Mansium Dissertat. *pag.* 8. & Apolog. §. 26.

Negat Gregoriū fuiſſe ante annum CCCXLI ordinatum ab Arianis Alexandrinorū Epiſcopum.

VIII. Ergo ille Epiſcopos, qui in Antiochenam Synodum conveniſſent, decreviſſe ſcribit (1), ut Gregorius Alexandrinae Eccleſiae praeſideret. Sozomeno autem praeiverat Socrates in ſecundo libro Hiſtoriae (2). Jam vero Athanaſius non diſceſſit Alexandria, quoad eo Gregorius appulit (3). Appulit autem Gregorius, qui jam eſſet a Pſeudo-Synodo Epiſcopus conſtitutus, Alexandriam circa Paſcha (4). Igitur circa illud Paſcha, quod Synodum ſubſequutum eſt. At ea Synodus Antiochena, quae ad dedicandum templum coacta fuerat, celebrata eſt an. 341. cum Marcellinus, & Probinus Coſs. eſſent (5). Itaque ante Quadra-

(1) Sozomen. *lib.* III. *H E. cap.* V.

(2) Socrates *lib.* 2. *H E. cap.* VIII. *ſeqq.*

(3) Athanaſius *Epiſt. Encyclica ad Epiſcopos num.* 5. *pag.* 115. *Tom. I. Opp.* cujus verba non recito, quod haec Manſius non audeat in controverſiam revocare. *Diſſert. pag.* 8. *&* §. XXVI. *Apolog.* Socrat. *ibid. cap.* XI.

(4) Athanaſius *ibid. num.* 4. *pag.* 114. *&* *n.* 5. *pag.* 115.

(5) Vide Socratem loco mox indicato, & Sozomenum *eodem lib.* III. *cap.* V., & Athanaſium *lib. de Synodis nu.* 25. *pag.* 737. quo loco „ Porro, inquit, qui ad Encaenia convenerant „ Epi-

dragesimam anni 341 non venit Gregorius, neque ante Paſcha ejuſdem anni diſceſſit Athanaſius Alexandria.

IX. Quid tu vero ad haec, quae tam eſſe omnes perſpicua vident? *Valere*, inquis, *poſſent ſi vera Sozomenus ſcriberet. At repugnare Sozomeno Athanaſius videtur affirmans, Gregorium datum fuiſſe Alexandrinis Epiſcopum contra leges Eccleſiaſticas, utpote qui* „ a Palatio miſſus „ fuerat, non a populo poſtulatus, nec „ a Sacerdotibus electus Epiſcopus (1). Sed ubinam tandem, obſecro te, Athanaſium verbis hujuſmodi uſum fuiſſe legiſti? Nam quod ſcribis, *in Epiſtola ad Orthodoxos* (2), id ego falſum eſſe oſtendi *in altero Articulo*, qui eſt inſertus Diario Palearinano (3). Scio quam rem agas. Simulas te non animadvertiſſe quod dixeram de *ficto* tuo arbitratu Athanaſii teſtimonio; & quaſi omnis in Inſcriptione Epiſtolae poſita difficultas fuiſſet: „ Oppoſui, inquis, Socrati S. Athanaſium, „ qui

Manſius, qu ordinationem Gregorii in an. CCCXL re traxerat, ni ſuam de an no, quo Sar dicenſis habita eſt, veriſimilem redderet opinionē omnēque So zomeno fidē adimeret, commenticio, quod objecit, Athanaſii te ſtimonio, ni hil proficere. Eum qui ſi mularit ſe ni animadver tiſſe, quae il li vitio Ma machius de derat, de fi cto Athanaſi teſtimonio; non ſolviſſe, quae in Dia rio Palear.

N 3

„ Epiſcopi nonaginta numero erant Coſs. Mar-
„ cellino, & Probino Indict. XIV.

(1) Manſius *Diſſert. pag.* 10.

(2) Manſius *ibid.*

(3) Vide Append. *num.* 1. *Artic.* 12.

niane obſervata ſunt; idque conſtare comparatione verborum Manſii, cum Mamachii verbis.

„ qui in Epiſtola ad Orthodoxos, ita enim „ inſcribebatur in vetuſta editione, quae „ tunc erat ad manus „ (1). Ego vero non *inſcriptionem*, ſed *locum*, quem indicaras, ac ſi Athanaſii eſſet, tibi vitio dederam. Itaque ut cernant eruditi viri, uter noſtrum *nubem pro Junone* (2) (utor autem proverbio tuo), afferam in medium, quae ego objeceram, eaque conferam cum tua reſponſione. Sic enim ſpero fore, ut plane liqueat, quam ſis accurate verſatus in hoc genere controverſiae.

Man-

(1) Apolog. §. XXVI.
(2) Manſius *Apolog.* §. VIII.

MANSIUS.

Dissert. pag. 10.

„ Id valere tunc „ posset si vera „ Sozomenus scri„ beret, tradens „ in Concilio An„ tiocheno Atha„ nasio exauctora„ to substitutum „ fuisse Gregoriũ. „ Repugnare tamẽ „ Sozomeno vide„ tur idem S. Atha„ nasius ibidem af„ firmans, Grego„ rium datum fuis„ se Alexandrinis „ Episcopum con„ tra leges Eccle„ siasticas, utpo„ te, qui *a Palatio* „ *mis-*

MAMACHIUS.

Art. 2. *Diar. Palear. an.* 1747. *pag.* 97. *seqq.* (1)

„ Non assenti„ tur Sozomeno „ (*Mansius*). Ei „ namque repu„ gnare Athanasiũ „ arbitratur. *Re„ pugnare*, inquit, „ *Sozomeno vide„ tur &c.* Nolo e„ quidem investi„ gare, locus ne il„ le (*a Mansio*) in„ dicatus, quasi fue„ rit expressus ex „ Epistola ad *Or„ thodoxos*, vel po„ tius *ad omnes Epi„ scopos*, Athanasio „ acceptus sit refe„ rẽdus, necne? Hoc

 „ cer-

(1) Haec ego in Latinum sermonem transtuli, quae erant italice ante scripta. Vide Appendicem *n.* 1. *Art.* 2.

MAMACHIUS.

„ certum eſt, quae-
„ ſitum a me locũ
„ eumdem in Epi-
„ ſtola mox lauda-
„ ta *Edit. Mont-*
„ *fauconianae*, nec
„ tamen repertum
„ fuiſſe. Habe tibi
„ Athanaſii verba
„ (*Epiſt. Encycl ad*
„ *omnes Epiſcopos*
„ *Tom. I. Opp. pag.*
„ 112.) *Praefectus*
„ *Aegypti litteras*
„ *publice profert*
„ *ſub formam edi-*
„ *cti, quibus de-*
„ *clarabat Grego-*
„ *rium quemdam*
„ *ex Cappadocia*
„ *mihi ſucceſſorem*
„ *ex Comitatu in-*
„ *ductum eſſe.* Mox
„ autem addit Gre-
„ gorium miſsũ ab
„ *Euſebianis fuiſſe*
„ ὑπὸ τῶν περὶ
„ Eu-

MANSIUS.

„ *miſſus fuerat*,
„ *non a Populo po-*
„ *ſtulatus, nec a Sa-*
„ *cerdotibus electus*
„ *Epiſcopus*, ſi con-
„ tra regulam Ec-
„ cleſiaſticam, ergo
„ non a Concilio
„ electus, & in
„ Conciliis eligi cõ-
„ ſueviſſe Epiſco-
„ pos, ſatis con-
„ ſtat.

Apolog. §. XXVI.

„ Oppoſui Socra-
„ ti S. Athanaſium,
„ qui in Epiſtola ad
„ Orthodoxos (ita
„ enim inſcribeba-
„ tur in vetuſta
„ editione, quae
„ tunc erat ad ma-
„ nus,) ſeu in En-
„ cyclica ad Epi-
„ ſcopos, ut in no-
„ va

MANSIUS.

„ va Montfauconi
„ reformatur, aſſe
„ rit, contra Eccle-
„ ſiaſticam regulam
„ electum Grego-
„ rium in Sede
„ Alexandrina in-
„ truſum fuiſſe;
„ quae ſane verba
„ non ſatis cohae-
„ rere arbitrabar
„ (1) cum ejus aſ-
„ ſumtione in An-
„ tiocheno Conci-
„ lio Dedicationis,
„ cujus tam cele-
„ bris fuit per Or-
„ bem fama, ut ejus
„ ſanctiones perin-
„ de ac Orthodo-
„ xae ab Eccleſia
„ (2) interdum
„ receptae fuerint.
„ Suſpicioſa proin-
„ de

MAMACHIUS.

„ Εὐσέβιον τοῖς
„ Ἀριανοῖς ἀπο-
„ σαλέντα... Jam
„ vero Euſebius,
„ ejuſque ſocii E-
„ piſcopi erant, etſi
„ eſſent ab Eccle-
„ ſiae communio-
„ ne ſejuncti. Quã-
„ obrem falſum eſt
„ negari ab Atha-
„ naſio fuiſſe Gre-
„ gorium ab Sacer-
„ dotibus electum
„ Epiſcopum: cum-
„ que falſum ſit,
„ falſum etiam erit
„ Athanaſium So-
„ zomeno repu-
„ gnare. Etenim
„ ſi miſſus ab Epi-
„ ſcopis Gregorius
„ eſt, mitti quidem
„ ab illis potuit,
„ cum

(1) Quid nunc? arbitrarene? Hujus ſimile nihil dicis.

(2) Hoc non eſt ad rem.

MAMACHIUS.

„ cum illi ad Con-
„ cilium conveniſ-
„ ſent, ut eſt me-
„ moriae proditum
„ ab Sozomeno.
„ Atque ex Epiſto-
„ la Athanaſii, quae
„ in Montfauconia-
„ na editione in-
„ ſcribitur: *Hiſto-*
„ *ria Arianorum*
„ *ad Monachos pa-*
„ *gin.* 349. *Tom. I.*
„ plane colligitur
„ Euſebianos adiſ-
„ ſe

MANSIUS.

„ de mihi efficieba-
„ tur ea Sozomeni
„ auctoritas de ele-
„ ctione Gregorii
„ in eo Concilio,
„ qua admiſſa Theo-
„ doreti, & Ano-
„ nymi Maffejani
„ (1) Chronolo-
„ gia impedieba-
„ tur. Duobus uni
„ oppoſitis, fidem
„ adſtruendam cē-
„ ſui (2). Quid
„ rogo monſtri hoc
„ eſt

(1) Hoc ſcilicet eſt peccatum Sozomeni. Cavendum enim eſt *ne quis impediat Anonymi* Chronologiam.

(2) Unus contra duos valet plerumque in hiſtoria, ſi praeſertim, & gravis ſit, & non numeris, in quibus ineſſe plerumque Librarii vitio error poteſt, utatur; ſed factum aliquod narret. Sozomenus autem, & Socrates narrant in ea Synodo evectum fuiſſe Gregorium ad Epiſcopatum Alexandrinum. Quamobrem his potius eſt adjungenda fides. Conſtat etiam ex his, quae dixi non unius Sozomeni hanc fuiſſe ſententiam, ut Manſius jactat, ſed etiam Socratis.

MANSIUS.

„ eſt? Quid non
„ conſonum opti-
„ mae criticae le-
„ gibus? Addo nunc
„ & ipſis pariter
„ Socrati, ac Sozo-
„ meno repugnare
„ eam, quam ſta-
„ tuunt in Antio-
„ chena Synodo
„ Dedicationis A-
„ thanaſii abroga-
„ tionem. Nam vir
„ Sanctus Romam
„ haud ante ſeceſ-
„ ſit, quam poſt
„ adventum Ale-
„ xandriam Gre-
„ gorii intruſi, quo
„ veniente Atha-
„ naſius ipſe Pa-
„ ſchalibus diebus
„ fugitabundus A-
„ lexandriae ali-
„ quamdiu egit,
„ ut ipſe de ſe San-
„ ctus Athanaſius
„ a me

MAMACHIUS.

„ ſe ad Imperato-
„ rem, qui tum
„ agebat Antio-
„ chiae poſteaquã
„ Epiſcopum Gre-
„ gorium deſignaſ-
„ ſent, ab eoque
„ petiiſſe, ut illum
„ Alexandriam una
„ cum Philagrio
„ Catholicorũ ho-
„ ſte mitteret. Sed
„ inſtat Manſius:
„ Gregorium, ſi
„ contra atque Ca-
„ nones poſcerent,
„ non fuiſſe in Sy-
„ nodo renuncia-
„ tum Epiſcopum.
„ Ego autem etſi
„ verum eſſe con-
„ fitear, quod eſt
„ in *Encyclica* ſcri-
„ ptum diſtincte
„ ab Athanaſio de
„ Gregorio ordi-
„ nato contra re-
„ gulas

Mamachius.

„ gulas Eccleſiae „ Epiſcopo Alexã- „ drinorum; id ta- „ men eo dictum a „ Sanctiſſimo Prae- „ ſule fuiſſe defen- „ do, quod Gre- „ gorius ab Arianis „ ſtaret, neque a „ Populo Alexan- „ drino poſtulatus; „ ſed electus An- „ tiochiae, quae „ Urbs longe Ale- „ xandria diſtaret, „ vique in eam Ec- „ cleſiam ab laicis „ intruſus eſſet. „ Namque hae res „ omnes quamvis „ a Synodo fa- „ ctae (1) fuiſſent „ ta-

Mansius.

„ a me in Diſſerta- „ tione productus „ teſtatur. Haec ut „ inter ſe conſtent, „ vide quo nos de- „ ducant. Antio- „ chenũ illud Con- „ cilium convenit „ anno poſt obitum „ Conſtantini V. „ Marcellino, & „ Probino Coſs. ex „ definitione So- „ cratis ac Sozo- „ meni, & S. Hie- „ ronymi. Ergo „ poſt majum an- „ 341. Indict. XIV. „ Primum poſt hoc „ tempus Paſcha „ eſt an. 342. Fie- „ ret ergo ut non „ an-

(1) Vide *S.* Julii Papae Epiſtolam mox indicatam *pag.* 375. quo loco „ Etiamſi, inquit, „ poſt Synodum reus deprehenſus fuiſset (*Athanaſius*) non decuit praeter jus, & fas, & „ contra Eccleſiaſticum Canonem (*Gregorium*) „ ordinari.

MANSIUS.

„ ante annum illum
„ Athanaſius Ro-
„ mam aufugere
„ potuerit. Id ve-
„ ro olim quidem
„ Baronio ſuccur-
„ rit, nunc optimo-
„ rum Chronolo-
„ gorum calculis
„ omnibus ex So-
„ crate, & Sozo-
„ meno reproba-
„ tur. Vide Tille-
„ mont *nota* 42. *in*
„ *S. Athanaſ.* . . . .
„ Negotii aliquid
„ faceſſeret S. Julii
„ Papae I. Epiſtola
„ ad Epiſcopos An-
„ tiochiae agentes
„ ſcripta, quos ar-
„ guit de injuſta
„ S. Athanaſii ex-
„ auctoratione ae-
„ que ac de non
„ juſta Gregorii aſ-
„ ſumtione. In ea
„ qui-

MAMACHIUS.

„ tamen ſacris Ca-
„ nonibus repu-
„ gnaſsent: *Opor-*
„ *tuit*, inquit, *nec*
„ *Arianum*, *nec*
„ *Arianae ſenten-*
„ *tiae hominem or-*
„ *dinari*, *ſed ſe-*
„ *cundum Eccleſia-*
„ *ſticos Canones*, &
„ *ſecundum verba*
„ *Pauli*, *congrega-*
„ *tis populis*, *omnia*
„ *juxta Eccleſiae*
„ *leges diſquiri*, *ac*
„ *peragi praeſenti-*
„ *bus Populis*, &
„ *Clericis*, *qui il-*
„ *lum poſtularent*,
„ *nec decuit eum*
„ *ex alia regione*
„ *ab Arianis addu-*
„ *ctum*, *Epiſcopi*
„ *nomen quaſi mer-*
„ *catum apud eos*,
„ *qui eum nec pete-*
„ *rent*, *nec vellent*,
„ & *rem*

Mamachius.

„ *& rem geſtam*
„ *prorſus ignora-*
„ *rent, ſecularium*
„ *judicum patroci-*
„ *nio, ac vi ſeſe*
„ *intrudere*. Con-
„ ſulitor S. Julii
„ Pontificis Maxi-
„ mi Epiſtola 1. ad
„ Euſebianos *apud*
„ *Couſtantium* T.I.
„ *pag.* 374. qua ille
„ Epiſcopos Euſe-
„ bio addictos, qui
„ verſabantur An-
„ tiochiae redar-
„ guit, quod in
„ ea Urbe, quae
„ triginta ſex man-
„ ſionibus Alexan-
„ dria diſtaret, ho-
„ minem peregri-
„ num elegiſſent,
„ miſiſſentque cum
„ militibus, ut eam
„ Eccleſiam popu-
„ laretur. Non
„ pu-

Mansius.

„ quidem fateor,
„ inauſpicatam hãc
„ illis aſſumtionem
„ exprobrat Ponti-
„ fex; ſimul tamen
„ admonet, id prae-
„ ſtitum non a ſa-
„ niori parte, non
„ a pluribus, ſed a
„ paucis: *Audio*
„ *paucos eſſe iſto-*
„ *rum malorum au-*
„ *ctores*. Non er-
„ go hoc praeſti-
„ tum in Concilio,
„ in quo id decer-
„ nitur, quod ple-
„ riſque, non vero
„ quod paucis li-
„ bet.

MAMACHIUS.

„ pugnat igitur A-
„ thanaſius cum
„ Sozomeno. Im-
„ mo vero ſi u-
„ triuſque verba
„ diligenter conſi-
„ derentur, con-
„ feranturque cum
„ Epiſtola Julii,
„ perſpicue ſane
„ conſtabit, eſſe
„ inter ſe illos cõ-
„ ſentientes.

X. Tu igitur qui tuam fidem vocari in diſcrimen intelligebas, neque recte abs te eſse indicatum, ut te tuerere Athanaſii locum, uſquam dixiſti, non enim poteras impune; neque Epiſtolam *ad Orthodoxos* laudatam abs te ipſo pro alia neſcio qua fuiſſe, affirmaſti, nulla enim erat, quae ſic haberet, in promtu; nec faſſus es, ut decebat, implicatum te errore fuiſſe, nam hoc item indignum eſse putabas Chronologi diligentia. Immo vero ſumſiſti rurſum, quaſi conceſsum a me fuiſset, quod ego negaram ſcriptum alicubi eſse ab

Detegit Artes Manſii, quibus conatus eſt effugere vim omnem difficultatis.

ab Athanaſio, atque hoc pacto, etſi haeſitans, concludere tamen es viſus, quae ſtatuiſſes in Diſſertatione praeclare eſſe omnia conſtituta. Nam quae ex Epiſtola eadem, quae erat inſcripta ad *Orthodoxos*, exque *Hiſtoria Arianorum ad Monachos* produxeram, ut facile Sozomenum conciliari Athanaſio poſſe conficerem, judicaſti eſſe praetermittenda, ne te quiſquam erraſſe aliquando arbitraretur. Ubi vero de Eccleſiaſtica regula, quae memoratur ab Athanaſio, & cui ego repugnaſſe ordinationem Gregorii, etſi facta Synodi juſſu fuiſſet, demonſtraram, deque Anonymo, & Theodorito, quorum verebare ne perturbaretur Chronologia, ſi unius Sozomeni teſtimonio (quamquam erat huic, non reſiſtente Athanaſio, ſocius in ea re Socrates) quaeſtio tanta expediretur, ubi inquam de his egiſti, tum es percuntatus, quid hoc eſſet monſtri? vel *quid non conſonum optimae criticae regulis*? Atque ego quidem niſi hoc, quo fit ut conſulto praetereas, quae tibi negotium exhibent, aliud in hoc genere ullum eſſe monſtrum non video.

Julii Papae locum, quo abutitur Mr.

XI. Quod Julii Papae locum ex Epiſtola ad Euſebianos praeſidio tibi, atque ad-

adjumento defendas esse, longe aliter facis, quam hominum opinio sit. Non enim loquitur Julius de Gregorio cum scribit *Audivi quod quidam pauci sunt, qui horum omnium* (malorum) *sint causſae* (1). Exilia Episcoporum, Sacerdotum vexationes, proscriptiones bonorum, direptionesque Ecclesiarum cum commemorasset, tum paucos horum malorum auctores esse affirmavit, quorum tamen auctorum ministri perplures erant. Neque enim saevire in tot Ecclesias illi poterant, si ut ipsi, ita eorum ministri pauci fuissent. Contra quo loco de Gregorio Antiochiae ordinato Episcopo Alexandrinorum egit, non vertit id quidem paucis crimini, neque tribuit Imperatori, quasi is tanti sceleris princeps fuisset, sed Episcopis, qui Antiochiam venerant, sed iis ad quos tunc scribebat, sed iis ipsis denique assignat, ut videtur effici ratione posse, qui in Synodum convenissent (2).

sius, ut efficiat an. CCCXL, nō CCCXLI fuisse ordinatū Gregorium Episcopum Alexandrinorū, discessisseque e patria Athanasiū, non id continere, quod visum adversario est.

O Ac

(1) Ἠκουσα γὰρ ὅτι τινὲς εἰσιν ὀλίγοι οἱ πολλῶν αἴτιοι τυγχάνοντες n. 19. pag. 383. *Tom. I. Epistolar. Rom. Pontific. Edit. Coustantii.*

(2) „ Perpendite, inquit, quinam contra „ Canones egerint; nos ne qui post tanta „ innocentiae argumenta virum recepimus, „ an

Ac ſcribebat ille profecto ad Dianaeum, Flacillum, Narciſſum, Euſebium, Marin, Ma-

„ an qui triginta ſex manſionibus diſtantes „ Antiochiae extraneum quemdam Epiſcopum „ nominarunt, eumque Alexandriam miſerunt „ militari manu ſtipatum? .. qualis enim Canon „ Eccleſiaſticus, aut qualis Apoſtolica traditio „ hoc permittit, ut in pace agente Eccleſia, ac „ tot Epiſcopis cum Athanaſio Alexandriae E„ piſcopo conſentientibus, Gregorius mittatur „ externus homo, qui non illic eſt baptizatus, „ qui complurimis ignotus eſt, nec a Presby„ teris, vel ab Epiſcopis (*Aegypti nempe*) ſed „ cum militibus tranſmittatur? ..... Etiamſi „ enim POST SYNODUM reus deprehenſus „ fuiſſet Athanaſius; non decuit ſic praeter jus „ faſque, & contra Eccleſiaſticum canonem, „ ordinari quempiam; ſed in ipſa Eccleſia, ex „ ipſo Sacerdotali ordine, ex ipſo Clero, ab „ Epiſcopis illius Provinciae conſtitui opor„ tuit ..... Si enim in quemquam veſtrum „ tale quidpiam commiſſum eſſet, nonne cla„ maſſetis? nonne violatorum Canonum vin„ dictam poſtulaſſetis? ... Verumtamen his „ ita geſtis, ſcribitis magnam tum pacem Ale„ xandriae, & in Aegypto fuiſſe „. Ex his conſtat, Primo: Eos, qui fuiſſent Antiochiae congregati Gregorium Epiſcopum ordinaſſe. Secundo, non fuiſſe a Synodo deprehenſum reum Athanaſium, quo ex loco conjicere fas eſt, in Synodo fuiſſe Gregorium Epiſcopum creatum. Tertio, eos ad quos Julius ſcribit, con-

Macedonium, eorumque ſocios (1), qui

 ſa-

conſentientes fuiſſe, cur enim iis haec exprobraret, niſi ita ſe res habuiſſet? Deinde cur illi laudarent ordinationem Gregorii, ut pacem invectam in Aegyptum exinde fuiſſe dicerent, niſi partem ea in re ullam habuiſſent? Poſtremo hi ad quos Julius ſcribebat verſabantur Antiochiae, ubi, ut vidimus, ordinatus Gregorius eſt, & Athanaſio ſic erant infeſti, ut nollent eum eſſe ab Julio receptum. Quare veriſimilius eſt, hos ipſos, quibus ejuſmodi res Julius opponit, non vacaſſe culpa. Quodſi in Synodo depoſitus Athanaſius, ordinatuſque Gregorius eſt, id quidem evenerit artibus Epiſcoporum Euſebianorum, non Orthodoxorum, qui eſſent Athanaſio conjuncti, neceſſe eſt. At Euſebiani dici comparatione Orthodoxorum pauci poterant. Quare τὸ *pauci* Manſio praeſidio eſſe non poteſt. Audi Athanaſium *in Hiſtoria Arianorum ad Monachos num. 9. pag. 349.* „ Conſtantium, inquit, ſeorſim „ adeunt (*Euſebiani*).... miſerere ajentes „ haereſim, cernis a nobis omnes defeciſſe, „ pauci *demum relicti* ſumus.... Mitte etiam „ Gregorium Alexandriam Epiſcopum „. At erant tamen Euſebiani multi. Nam poſt Synodum Encaeniorum, poſtque diſceſſionem Orthodoxorum, Antiochiae remanſerunt, & Synodum veluti proſequuti ſunt, quadraginta Epiſcopi de grege Euſebianorum. Itaque hi pauci dici potuerunt habita eorum ratione, qui abſceſſerant.

(1) Vide inſcriptionem Epiſtolae Julii.

sane, nisi comparati cum Orthodoxis, pauci non erant, & qui de Ordinatione Gregorii, (facta, ut mox dicam in Conciliabulo post discessum Orthodoxorum), ejusque adventu Alexandriam, litteras ad Pontificem miserant, cumque eo expostularant, quod Athanasium suscepisset. Quae cum ita sint, perspicuum erit neque Athanasium, neque Julium ab Socratis, Sozomenique sententia abhorrere; immo vero videri eos ambos duobus hisce historicis parasse ad rem, de qua agitur, adstruendam viam. Cumque Socrates, ac Sozomenus Synodum Antiochenam anno CCCXLI celebratam affirment fuisse, concludendum est anno eodem fuisse Gregorium creatum Episcopum Alexandrinorũ.

In qua Synodo ordinatũ fuisse Gregoriũ censeat. Cum anno CCCXLI. *post Majum mensem creatum fuisse Episcopum, anno vero* CCCXLII. *venisse Ale-*

XII. At si scripsit Julius actum fuisse de ordinando Gregorio in Synodo Antiochena, de alia quapiam loquutus fuerit, non de Synodo Dedicationis necesse est (1). Hoc vellem Julii testimonio posses ostendere. Sed nihil est ejusmodi in Epistolis, quas ille aut ad Eusebianos Antiochiae agentes, aut ad Alexandrinos dedit. Quod si vis, ut promam quod sentio, audi. Equidem post absolutam Encaeniorum Synodum, post-

(1) Mans. Apolog. §. 29.

poſtque ſeceſſionem Epiſcoporum Orthodoxorum, cenſeo manſiſſe Euſebianos Antiochiae, egiſſeque Conventus, in quibus ſtatuerint expellere Athanaſium, ejuſque loco creare Gregorium Epiſcopum Alexandrinorum (1). Hanc vero Synodum Socrates non diſtinxit ab Synodo Encaeniorum, quod unam eamdemque ob temporis perpinquitatem eſſe exiſtimaſſet. At niſi, inquies, tibi aſſentiar, ſolvi alio modo implicatiſſimus nodus non poteſt. Ego id videro. Quare ne cruciate cauſſa mea. Quod autem hortaris, ut *abjiciam Socratem, atque Sozomenum*, componamque *ſeceſſionem Athanaſii cum Anonymo Maffejano*, vide ne ridiculum ſit. Numquam enim extorquebis, ut fabulatori credam. Neque id injurium tibi eſſe puto, quod ut eo tu te delectere per me liceat. At enim attende quam facile diſſolvi nodus ille, de quo paulo ante loquebamur, poſſit. Sed hoc ut faciam exponam neceſſe eſt, refellamque breviter argumentationem tuam.

xandriam. Athanaſium denique hoc ipſo anno CCCXLII. *Romam fuiſſe perfectum.*

Athanaſius, inquis, non ante Alexandria

(1) Idem cenſent Scheleſtratius in *lib. de Antioch. Concil.* & Pagius ad an. 341. Palladii auctoritate freti.

dria ſeceſſit, quam Gregorius (1) eodem veniſſet. Do id equidem tibi. Sumis vero continuo, ubi Gregorius venit, Athanaſius haeſit in patria, ſed latitans, aliquamdiu. Hoc quoque facile concedo. Sed Antiochenum Dedicationis Concilium, adjungis, coactum fuit anno a morte Conſtantini V. cum Conſules Marcellinus & Probinus eſſent, ſuntque hujus rei teſtes Socrates, atque Sozomenus. Aſſentior. Congregatum eſt igitur poſt Majum menſem an. CCCXLI. Quid? Si hoc item concedam? At recentiores Chronologi? Ne time. Spero enim fore, ut mihi irati non ſint. Interea ſic ſtatuas velim, nihil te agere, cum inde te conficere confidas poſſe anno CCCXL Athanaſium Alexandria profectum petiiſſe Romam. Nam ſequitur aut in CCCXLI., aut in CCCXLII. annum iter hoc Athanaſii Romanum conjici oportere; in CCCXL. autem nullo modo. Quod ſi roges, cur id concedam quod non ſit probatum multis, imprimiſque doctiſſimo Tillemontio; tibi equidem quoad ejus fieri poteſt & cito, & breviter ſatisfaciam. Ego Manſi optime cum ſaepe ac multum animadvertiſem, tam eſſe

(1) Apolog. 27.

eſse diligenter verſatum in hiſtoria illuſtranda Baronium, ut injuria ſit plerumque a novis Scriptoribus reprehenſus, qui tamen ejus ſtudio profeciſsent; inductus in eam opinionem ſum, ut numquam, niſi re ſtudiose conſiderata, ab eo mihi eſse deſciſcendum putarem. Neque enim mihi tantum tribuebam, quantum tributum tibi eſt a Typographo, ut mea opera egere aut illum, aut Raynaldum arbitrarer, quo a viris doctis eorum opera legi poſsent (1). Itaque cum nullam rem eſse viderem, quae officeret, quo minus circa Paſcha anni CCCXLII Gregorius Alexandriam veniſset, eſse autem nonnulla perſpicerem, quae poſtularent, ut improbi, ſceleſtique hominis illius adventus in eumdem annũ rejiceretur; impetrare a me non potui, ut everterem, quae recte a Baronio conſtituta eſſe exiſtimaſſem. Nam quae ob-

(1) Sic enim habet in *Monito Edito Lucae an.* 1746. „ Vetus illud, ingenſque eruditorum ſtudium erga Baronii annales intepuiſſet „ jam, niſi nova veluti fomenta praebuiſſent.... „ Georgii ... & Manſii acceſſiones eruditiſſimae. Raynaldi continuatio in Bibliothecarum pulvere obſqualluiſſet, niſi operi detergendo laborem, induſtriamque ſuam vir iſte „ indefeſſus contuliſſet.

jecta contra a Tillemontio sunt, neminem esse posse judicaram, qui tam gravia censeret esse, ut ea Baronianis praeferenda sint. Quid enim obstabat, quin Antiochiae ad quadrageſimam usque ann. CCCXLII maneret is, qui exeunte anno superiore fuisset in Synodo Dedicationis creatus Episcopus Alexandrinorum? Quodsi Athanasius accitus repetitis litteris a Constantio Alexandriam, manendum tamen sibi esse diutius in Italia existimavit, quod vereretur, ne quid sibi eveniret in patria Arianorum artibus mali; mirabile quidem certe non videbatur, Gregorium etiam aliquamdiu cõstitisse, quinque nempe, aut sex menses Antiochiae, propterea quod intelligeret, quam essent Episcopi Aegypti ac Presbyteri Alexandrini addicti Athanasio, & quam esset populus male in Arianos haereticos animatus, timeretque ne qua seditio adversum se peregrinum hominem oriretur. Atque erat illud etiam considerandum, quod cum Eusebiani adiissent ad Imperatorem, eumque orassent, atque obsecrassent, ut cum militibus Gregorium mitteret Alexandriam; magno id argumento esse debuisset, ut cognosceretur, noluisse Gregorium itineri se committere, quin

ante

ante ſuis rebus proſpexiſſet, ut tuto ſibi in eam Urbem concedere liceret: quocirca tempore ac ſpatio fuiſſe opus. Quid? quod aliae etiam cauſſae, quae nobis exploratae non ſint, retinere Gregorium potuerint, ut ne continuo atque ordinatus fuit, Antiochia excederet? Ac ſi ut ipſe contendis (1) Auguſto menſe coacta Synodus Dedicationis eſt, abſoluta vero Octobri, ſi placet, menſe, tumque jam Euſebiani crearunt Epiſcopum Alexandrinum Gregorium, & proinde vix, menſes quinque, ad initium uſque Martii, conſtitit Gregorius poſteaquam eſt Epiſcopus ordinatus, Antiochiae (2), longum id intervallum non fuit, ut te abſterrere poſſet ab tuenda opinione Baronii. Ad initium autem Martii dixi, quod cum extrema quadrageſima Gregorius venerit Alexandriam, & Paſcha an. CCCXLII. celebratum fuerit XI Aprilis, XXXVI dies in itinere conſumſerit neceſſe ſit, propterea quod Antiochia XXXVI manſiones Alexandria (3) abeſſet, quae via percurri ab ho-

(1) *Apologiae* §. XXVIII. (2) Tot enim menſes numerantur ab Octobri menſe an. CCCXLI ad initium Martii menſis an. CCCXLII.

(3) Vide Epiſt. Julii I. Pont. Max. ad Euſebian.

homine, qui praeſertim cum militibus profectus eſset, commode non poterat, niſi ſpatio totidem dierum. Jam vero ſi ab XI Aprilis die retrogrediare, numereſque dies XXXVI, incides in initium fere Martii menſis. Quinetiam ſi quem minus, te unum omnium minime argumentum Tillemontii a diuturnitate temporis, quo Gregorius manſiſset Antiochiae petitum, movere debuiſset, ut ne Baronio aſsentirere. Etenim cum adhibueris Anonymo aſsenſionem ajenti, Georgium anno 357 invaſiſse in Eccleſiam Alexandrinam, quae ſibi conceſsa fuiſset a Conſtantio anno ſuperiore (1); non eſt cur fidem negandam eſse Socrati arbitreris, etiamſi decem menſes verſatum fuiſse Gregorium Antiochiae ſcripſiſset.

Nihil impedire quin an. CCCXLIII. ſcripta fuerit a Julio ad Euſebianos Epiſtola.

XIII. Sed Epiſtola, inquies, ad Euſebian. *num.* 14. *pag.* 374. *Tom. I.* Epiſtolar. Pontificum Rom. *Edition. Conſtantii, & Notas Conſtantii in Hilarium pag.* 270. 271. *Edition. an.* 1693.

(1) Diſſertation. *pag.* 26. *ſeqq.* quo loco fatetur anno 356. die X. menſis Junii, nomine Georgii fuiſſe a Cataphronio, & Heraclio Alexandrinam Eccleſiam occupatam, anno vero 357. XXIV Februarii menſis die Georgium veniſſe Alexandriam.

ſebianos ſcripta ab Julio eſt cadente anno CCCXLII. In ea autem Epiſtola fit Athanaſii mentio, (1) quaſi is ante octodecim menſes, quam habita fuiſset Romana Synodus, Romam perveniſset. Quamobrem anno ſaltem CCCXLI diſceſſerit neceſſe eſt Athanaſius Alexandria. Id vero, mi Manſi, eſſet ex eadem Epiſtola conſequens, ſi ut Pagius putat, data anno CCCXLII fuiſset. Ego autem nihil eſſe cenſeo quod repugnet, quo minus ſcribi anno CCCXLIII potuerit.

XIV. At eſt ea, dices, ut ad alios Epiſcopos, ſic ad Euſebium Nicomedienſem miſſa, cujus meminit in inſcriptione. Jam vero Euſebius deceſſit anno CCCXLII. Fit ergo ut eo ipſo anno ſcripſerit Julius ad Euſebianos Epiſtolam. Video hanc eſſe Pagii opinionem. Sed metuo ne falſa ſit. Ego enim Euſebium illum, non Nicomedienſem, ſed Emiſſenum fuiſſe, arbitror, quem Ariani antequam de Gregorio cogitaſſent, conati fuiſſent creare Alexandrinum Epiſcopum (2). Nam ſi Euſebii Nicomedienſis meminiſſet, qui tunc

Euſebiũ cujus in inſcriptione Epiſtolae meminit Julius, non Nicomedienſem eſſe, ſed Emiſſenum.

(1) Julius Papa Epiſt. ad Euſebianos *num.* 13. *pag.* 274. *Edit. Couſtantii.*

(2) Conſule Socratem *lib.* II. *Hiſt. E. cap.* IX. & X.

tunc fuiſſet Epiſcopus Conſtantinopolitanus, eſſetque factionis caput, ut ab eo Euſebiani appellarentur, non Narciſſum, & Flacillum priore loco (1), ſed Euſebium Julius nominaſſet. Praeterea, ſi Euſebius ille idem atque Nicomedienſis fuiſſet, conqueſtus ne eſſet, quod Pontifex ad Euſebium, ejuſque ſocios ſcripſiſſet, ad ſe vero, omneſque ſodales ſuos non item, ut conqueſtus ille Euſebius fuit, cujus fit mentio in inſcriptione (2)?

Concludit paucis quae ſunt ante fuſius diſputata de anno CCCXLII *quo Gregorius ait veniſſe Alexandriam.*

XV. Conferamus igitur in pauca. Socrate ac Sozomeno auctoribus, Synodus Encaeniorum Antiochena coacta eſt CCCXLI, quinto ſcilicet ab obitu Conſtantini anno. Is vero annus quintus initium ſumit a menſe Majo, hoc eſt ab XI Kal. Junias an. CCCXLI. Fit ergo, te etiam confitente, ut Synodus dedicationis celebrari nequiverit ante majum (3) menſem anni

(1) Eſt enim inſcriptio Epiſtolae Julii ad Euſebianos hujuſmodi „ Julius Danio, Flacillo, „ Narciſio, Mari, Macedonio, Theodoro, „ & Sociis eorum, qui Antiochia nobis ſcripſe„ re, dilectis fratribus in Domino ſalutem„. *pag. 354. Tom. I. Epiſt. Rom. Pontificum Edit. Conſtantii.*

(2) Epiſt. Jul. *num.* 8.

(3) Apolog. §. XXVIII.

ni CCCXLI. At Gregorius Alexandriam venit paullo ante Paſcha. Quocirca ante Paſcha non anni CCCXLI, quo nondum a Synodo Euſebianorum Antiochena, habita poſteaquam Orthodoxi a Concilio Dedicationis diſceſſerant, Epiſcopus renunciatus erat; ſed anni CCCXLII. Jam vero poſt adventum Gregorii, & poſt Paſcha Athanaſius, Romam navigavit. Profectus igitur Alexandria fuit poſt Paſcha anni CCCXLII. Quamobrem non anno CCCXL; quae tua erat opinio.

Nullam eſſe rationem cur ſit neganda Socrati in ea re, atque Sozomeno auctoritas.

XVI. Non ſum neſcius judicare te negandam eſſe in hac re Socrati, atque Sozomeno auctoritatem. Verum quo id vultu affirmare potes? Nam Anonymo quam ſit fidendum intellexiſti ex primis litteris, quas ad te miſi. Atque nullam eſſe cauſſam cur illi duo Hiſtorici deſerantur, obſervatum quoque a Tillemontio eſt (1). Quod ſi eſt ulla, eſt ea quidem abs te indicanda.

Theodoritum non pugnare cum Socrate, ac Sozomeno.

XVII. Sed eſt Theodoritus, inquis, Anonymo adjumento. Jam hoc plus millies

(1) *Nota* XLII. In vitam S. Athanaſ. *pag.* 677. *Tom. VIII. Monument. Hiſtor. Eccleſiae Edit. Pariſ.* „ Nous n' avons aucune raiſon de „ dementir Socrate.

lies ex te intellexi. Age ergo, audi, ne me obtundas de eadem re ſaepius, ut conſueſti. Rogo igitur, quid Theodoritus loquatur? Sexennio, inquis, Gregorium vexaſſe Alexandrinam Eccleſiam. At hoc, mi Manſi, non video quemadmodum eſſe poſſit Socrati, atque Sozomeno adverſarium. Etenim anno CCCXLII. circa Paſcha Gregorius venit Alexandriam (1): ſi autem, ut poſt demonſtrabo, anno CCCXLVIII ineunte interiit; non plus ſexennio ſaevierit neceſſe eſt in Eccleſiam Alexandrinam. Quamobrem nihil eſt contra me ſcriptum uſpiam ab Theodorito. Immo vero eſt ille mihi ſubſidio, ut qui tradiderit, paulo poſt quam Alexandriam Athanaſius venit, vita functum fuiſſe Conſtantem (2). Mortuus autem Conſtans eſt initio an. 350. Ex qua re effici plane videtur poſſe, anno CCCXLIX ac-

(1) Vide ſupra §. XII. *pag.* 213. *ſeq.*

(2) *Lib.* II. *cap.* XII. Poſt ubi de reditu Athanaſii, ſub Conſtante & Conſtantio, egit mox ἀλλὰ πάλιν, inquit, μικροῦ διελθόντος χρόνου, χώρας μὲν τοῦ βίου τὸ τέρμα καταλήψεται. „ Verum brevi interjecto tempore, Conſtans qui„ dem ex hac vita migravit „. Hoc vero non dixiſſet, ſi quadriennio poſtquam Athanaſius rediit, Conſtans interiiſſet.

acceſſiſſe in ſuam patriam Athanaſium. Quare auctor tibi ſum, ut ne poſthac utare Cirenſis Epiſcopi teſtimonio, quod niſi vitiatum a librario eſt, cernis tibi adjumento eſſe non poſſe.

XVIII. Sed ut eo redeam unde huc defluxit oratio. Athanaſius triennio poſt quam Alexandria diſceſſit, quarto anno inchoato, Mediolanum accitus a Conſtante fuit (1). Quare eo nequaquam perveniſſe credendus eſt ante Paſcha anni CCCXLV. Alioqui non quarto, ſed tertio ab ſuo diſceſſu anno accerſitus Mediolanum a Conſtante fuiſſet. At poſt adventum Athanaſii in eam Urbem celebratum eſt Mediolanenſe Concilium. Eſt enim id tam

Redit ad teſtimoniũ Athanaſii, eoque efficit, neque ante an. CCCXLII Romam fuiſſe profectum, neque veniſſe Mediolanũ ante annum CCCXLV. Ergo neque Cõcilium Mediolanenſe ante eundem

(1) Athanaſ. *in Apolog. ad Conſtantium n.4. pag.297. Tom.I. Opp.* Niſi forte triennii illius, „ de quo triennio exacto, inquit, quarto anno, „ miſſis litteris (*Conſtans*) me accivit, quo „ tempore ille Mediolani verſabatur; „ initium ſumi debeat ab eo tempore, quo Athanaſius Romam venit. Nam paulo ante ſic habet „ Alexandria profectus ſum... ut Romam „ peterem, atque illi cum ea, quae mea interrerant Eccleſiae commendaſſem.... Eccle„ ſiaſticis Conventibus vacabam „. Quae res ſi ita ſe habuit, multo magis confirmet neceſſe eſt meam de Epocha Synodi Sardicenſis ſententiam.

an. CCCXLV, neque Sardicenſe ante CCCXLV extitem fuiſſe habitum.

tam certum, tamque exploratum, ut ne abs te quidem, qui omnem Chronologiam perturbare conatus es, revocetur in controverſiam. Habitum eſt igitur poſt Paſcha an. CCCXLV. Productum vero fuiſſe ad menſes aliquos, eſt omnino credibile. Neque vero minus veriſimile eſſe puto conſtitiſſe aliquamdiu Athanaſium Mediolani. Quocirca fateamur oportet ante exitum anni CCCXLV non abiiſſe Athanaſium in Gallias, ut inde una cum Hoſio Sardicam ad Synodum ſe conferret. Quodſi ante exitum anni CCCXLV non contenderat in Gallias Athanaſius, conſequens eſt, ante exitum CCCXLV, vel initium CCCXLVI anni non fuiſſe habitum Sardicenſe Concilium.

Ante annũ CCCXLVI Legatos Synodi Sardicenſis verſari Antiochiae non potuiſſe; quare ne Gregorium quidem deceſſiſſe ante initium an. CCCXLVII

XIX. Quae res cum ita ſe habeat, poſcit omnino, ut ante Paſcha an. CCCXLVI verſari legati Synodi Sardicenſis nequiverint Antiochiae. Cumque poſt menſes decem ab eo Paſchate, deceſſerit, te affirmante Gregorius; ſequitur ut ille non perierit ante initium anni CCCXLVII. Quamobrem erat, contra atque viſum eſt tibi, ineunte an. CCCXLVI in vivis Gregorius. Poſt annum autem integrum, a morte Gregorii, agebat adhuc in Occidente Athanaſius.

naſius. Erat igitur Athanaſius in Occidente initio an. CCCXLVIII. Non ergo redierat CCCXLVI anno Alexandriam.

Romanam Synodū Julio Pontifice an. CCCXLIII celebratam eſſe.

XX. Ex his, quae conſtituta hactenus ſunt, attende quaeſo quid conſequatur. Cum Julius in litteris ad Euſebianos ſatis explicate poſt annum & menſes ab Athanaſii adventu in Urbem ſex, Synodum Romae fuiſſe congregatam ſcripſerit, cumque anno 342 paulo poſt, quam celebratum Paſcha fuit, oſtenderim ſolviſſe Athanaſium Alexandria, concedamus oportet exeunte anno CCCXLIII, non vero ut ipſe putas, CCCXLI, fuiſſe eamdem Romanam Synodum celebratam. Itaque confitere, nihil te de annis, quibus & mortuus eſt Gregorius, & patria ceſſit, & reverſus poſt Athanaſius Alexandriam eſt, & habita ſunt Antiochena, Romanum, Mediolanenſe, & Sardicenſe Concilia, ſtatuiſſe, quod errore vacet.

Ut annum quo habitum Sardicenſe Concilium eſt accurate definiat, agendum ſibi eſſe dicit de Synodo Mediolanenſi, cujus

XXI. Age nunc paullo diligentius definiamus annum, quo & Mediolanenſe, de quo dictum mox eſt, & Sardicenſe Concilia celebrata ſunt. Sed antequam explicem quid ipſe ſentiam, exponam brevi rationem, quae te induxerit, ut Mediolanenſe in annum CCCXLIV rejiciendum eſſe

eſt a Liberio facta mẽtio. Accuſat autem Manſũ, quod praetermiſerit, quae ab ſe eſſent de Antiocheno Arianorum Concilio diſputata in Diario Palearinano.

defenderes. Cum anno CCCXLI circa auguſtum menſem celebratum fuiſſe legiſſes Antiochenum Encaeniorum Concilium; cumque aliquanto poſt, nondum tamen elapſo eodem CCCXLI anno, Narciſſum, & Marin alioſque Arianos commentos fuiſſe exiſtimaſſes novam quamdam formulam fidei, quam Synodi Antiochenae nomine Conſtanti obtuliſſent, intellexiſſeſque ex Athanaſio, triennio poſt, quam hi ad Conſtantem acceſſiſſent, conveniſſe Antiochiam Epiſcopos, qui Arianis partibus ſtuderent, ſcripſiſſeque μακρόστιχον formulam, eamque ad occidentales miſiſſe, ut ab his etiam probaretur, quod tamen impetrare non potuerunt, quum rejecta illa a Mediolanenſi Concilio fuerit; conſequens inde eſſe judicaſti, Antiochenum Arianorum Concilium *ultra annum* CCCXLIV *trahi nequaquam poſſe*, verſarique Pagium in errore, qui ſcripſerit, eſſe illud Antiochenum, ut & Mediolanenſe ſecundum in an. CCCXLV rejiciendum, quippe qui ante annum CCCXLVII ignoraſſet habitam fuiſſe Synodum Sardicenſem (1). Ego vero qui haec in tua Diſſertatione legiſſem, animadvertiſſemque

(1) Manſius Diſſert. *pag.* 12.

que praeſertim quae ad Antiochenam Arianorum Synodum pertinerent, non fuiſſe abs te recte conſtituta; breviter ea eſſe refellenda putavi in poſteriore articulo (1), quem legere rurſum poteris in Appendice. Atque tu quidem qui libenter praetermittis, quae tibi exhibere negotium conſueſcunt, cum ea quae a me fuiſſent producta cognoſſes plena eſſe difficultatis, ſic omnia tacitus praeteriſti, quaſi nuſquam diſputata eſſent. Quinetiam ne eorum quidem, quae de Synodo Mediolanenſi dixeram, ullum eſt abs te factum verbum (2); quod etſi argumento eſſe debet, aut te quid reſponderes neſciſſe, aut mihi ejus certaminis victoriam tribuiſſe; tamen nihil officit, quin res ipſa ſit novis argumentis etiam, atque etiam confirmanda. Sed de Antiocheno Arianorum Concilio, quae in eo articulo diſputaveram, ſatis ſunto (3). Mihi enim id nunc maxime curae eſt, ut de Mediolanenſi agam, quo omnis de anno, quo Sardicenſe habitum eſt, expediri, atque illuſtrari controverſia poteſt.

(1) Vide *Appen.* n. 1. Ar. II. & Epiſt. IV. §. VII.
(2) Vide infra *Append. ibid.*
(3) Conſule etiam Epiſt. IV. §. VII.

Liberii P. M. auctoritate evincit Mediolanense Concilium, quod habitū est ante Sardicense, fuisse anno CCCXLVI *celebratum.*

XXII. Jam illud conſtat ante annum CCCXLV non fuiſſe Mediolanenſem Synodum celebratam (1). Accipe reliqua. Liberius Pontifex Maximus Epiſtola IV quae eſt ad Imperatorem Conſtantium, & quam ſcriptam fateris fuiſſe anno CCCXLIV „ante annos octo, inquit, quatuor Epiſcopi Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, cum apud Mediolanum Arii ſententiam haereticam noluiſſent damnare, de Concilio animis iratis exierunt. „ Eſt igitur manifeſtum anno CCCXLVI Synodum Mediolanenſem fuiſſe habitam, cui quatuor illi Epiſcopi interfuerint. Nam ſi ab anno CCCLIV demas annos VIII, incidas in annum CCCXLVI neceſſe eſt. At Macedonius, Eudoxius, Martyrius iidem illi Epiſcopi fuerunt, qui (2) formulam μακρόστιχον in Italiam attulerant, ut ab occidentalibus probaretur. Quare Mediolanenſe Concilium, quod *formulam* reprobavit, non

(1) *Num. 4. pag. 325. Tom. I.* Epiſt. Rom. Pont. *Edit. Conſtantii.*

(2) Conſule Socratem *lib. II. H.E. cap. XIX.* & quod caput eſt Sanctum Athanaſium *lib. De Synodis num. XXVI. pag. 738. Tom. I. Opp. Part. II.*

non anno CCCXLIV, ut ipſe putas (1), ſed anno CCCXLVI celebratum eſt.

XXIII. Sed Liberius, inquis (2), agit de Mediolanenſi, quod eruditorum virorum ſententia, anno CCCXLVII habitum eſt, cuique Valens, & Urſacius interfuerunt. Amabo te, mi Manſi, cura ut ante res compertae ſint tibi, quam te ipſum conferas ad ſcribendum. Non enim ejuſmodi tempora ſunt, tantum ut tibi eſſe tribuendum putes, ut quidquid ſtatueris, id exiſtimes omnes homines probaturos. Abiit illa aetas, mihi crede. Suo enim quoniam eſt id aetatis, in hoc genere quiſque judicio utitur, non tua, neque ſcriptoris ullius novi auctoritate. Quamobrem qui verſati in vetere hiſtoria ſunt, concoquere non poſſunt, quod ex te audiunt, veniſſe ſcilicet Urſacium, & Valentem in eam Synodum, cujus eſt in mox indicata Epiſtola a Liberio Pontifice facta mentio. Atque ſic fac exiſtimes, poſtquam legerunt Diſſertationem tuam, dubitaſſe eos eſſetne quidquam ſimile in ea Epiſtola, quod, ita ut ſaepe fit, memoria non tenerent; quare eam ipſam lectam ab illis rurſum diligenter

Non agere Liberium de Mediolanenſi Concilio, cui Valens, & Urſacius, ſed de eo, cui Macedonius, Eudoxius, & Martyrius interfuerunt.

(1) Diſſert. *pag.* 12.
(2) Manſ. Diſſert. *pag.* 15.

fuiſse. Nunc illud clamitant, non eſse, judice Manſio dicta, quae dicta revera, eſse autem dicta, quae nuſquam a Liberio dicta ſunt. Nam meminit Pontifex Macedonii, Demophili, Eudoxii, & Martyrii, quos ipſe quoque ante Synodum Sardicenſem perveniſse in Italiam, adfuiſseque Mediolanenſi Concilio confitere (1); Urſacii autem atque Valentis non meminit. Tu contra Macedonium, ejuſque Socios neſcio cui alteri Concilio Mediolanenſi, quod veteres nuſquam nominarunt, anno CCCXLIII vel CCCXLIV; non autem huic anno CCCXLVI celebrato interfuiſſe: Urſacium vero, atque Valentem ad hoc acceſſiſſe judicaſti, quorum tamen Liberius, cum de hoc ipſo Concilio ageret, memoriam praetermiſerat.

Hortatur Manſium, ut emendet errorem ſuum, referatque in an. CCCXLVI Mediolanenſe Concilium.

XXIV. Quamobrem, ſic deinceps facias, ſi me amas, volo; ut ante Scriptoris aut litteras, aut libros legas, quam eum teſtem appelles vel ſententiae, vel dicti tui. De Liberio, quid vis fieri? Factum id eſt. Fieri nunc infectum non poteſt. Unum hoc reſtat, ut cum videas Legatos Synodi Arianorum Antiochenae, qui μακρόστιχον formulam detulerant in Italiam, inter-

(2) Diſſert. *pag.* 12.

terfuerantque Mediolanenſi Concilio celebrato, te ipſo monente (1), ante quam ad Sardicenſe Epiſcopi conveniſſent, quod quidem Mediolanenſe Concilium Liberius anno CCCXLVI coactum affirmat fuiſſe; emendes errorem tuum, aſſentiareque iis, qui & in annum CCCXLVI (2) Mediolanenſe, & Sardicenſe in annum CCCXLVII rejiciendum eſſe defendunt. Ingratum hoc eſſe opinor tibi, ut erraſſe te fateare. Sed memento te eſſe ſimilem hominum ceterorum. Satis multa de Synodo Mediolanenſi.

XXV. Redeo ad Sardicenſem. Revoca tibi in mentem, quae prioribus litteris ad (3) te ſcripſi de reditu Athanaſii poſt interitum Gregorii Cappadocis Alexandriam. Nam quod dixeras an. CCCXLVI rediiſſe illum in Patriam, annoque proinde CCCXLIV fuiſſe habitum Concilium Sardicenſe, id ego totum oſtendi in falſis eſse ponendum (4). Multis praeterea me arbitror demonſtraſſe neque ante annum

Revocat in memoriam, quae ſupra de annis, quibus celebrari non potuit Sardicenſe Concilium diſputavit; tum veterum auctoritate oſtendit eam Synodum fuiſſe habitam an. CCCXLVII.

P 4

(1) Manſius *Diſſert. pag.* 12.

(2) Conſtant. *in Not. ad Epiſt. mox indicatam Liberii pag.* 325. *& ſeqq.*

(3) Conſule *Epiſt.* I. *pag.* 23. *ſeqq.*

(4) *Epiſt.* I. *pag.* 23. *ſeqq.*

num CCCXLVII deceſſiſſe Gregorium (1), neque rediiſse in Patriam Athanaſium ante annum CCCXLVIII (2). Quae cum ita ſint, quid rurſum ſequatur cognoſce. Biennio ante reditum Athanaſii celebratum eſt, te non repugnante, Sardicenſe Concilium (3). Athanaſius autem ante an. CCCXLVIII ex Italia non diſceſſerat (4), non igitur ante annum CCCXLVI celebratum fuit Sardicenſe Concilium. Cumque Liberii auctoritate (5) conſtiterit anno CCCXLVI Synodum, (quae ante Sardicenſem coacta, ac celebrata eſt) Mediolani fuiſse habitam, concludendum etiam illud eſt, idem ipſum Sardicenſe Concilium aut anno CCCXLVI, aut an. CCCXLVII coactum fuiſse. Age vero ſi expugnatus Anonymus (6) traductuſque in meas partes Theodoritus eſt (7), quibus tu quidem ut firmiſſimis praeſidiis utebaris, quae eſse ratio reliqua po-

(1) Vide ſupra *pag.* 190. §. V.
(2) Epiſt. III. §. VI.
(3) Manſius *Diſſert. pag.* 4.
(4) Vide ſupra *pag.* 193.
(5) Conſule hujus *Epiſt.* §. XXII. *pag.* 228.
(6) Tota *Epiſt.* I.
(7) Vide hujus Epiſtolae §. XVII. *pag.*

poterit, qua pugnes Socrati atque Sozomeno adimendam esse auctoritatem? Itaque si Athanasii, & Liberii, & aliorum, qui eodem tempore quique post floruerunt, testimoniis effectum est, vel an. CCCXLVI, vel CCCXLVII Sardicam convenisse Patres, eaque jam res omnis refertur conceptis verbis, apposita etiam nota Consulum ab Socrate (1) & Sozomeno (2) in ann. CCCXLVII, hoc ratum habeas necesse est, quod est de celebrato anno CCCXLVII Sardicensi Concilio. Quodsi haec tibi ratio non probatur, afferto, si potis es, alius cujusquam, qui pari auctoritate praestet, testimonia, quibus eam pos-

(1) *Lib.* II. *cap.* XX. ὕπατοι δὲ ἦσαν ῥουφῖνος, καὶ Εὐσέβιος, ὅτε ἡ ἐν Σαρδικῇ συνεκροτήθη Σύνοδος. *Consules autem erant Rufinus, & Eusebius, quo tempore Synodus Sardicae congregata est.* Et paulo ante: ἐνδέκατον ἔτος ἦν ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ πατρὸς τῶν δύο αὐγούστων. *Undecimus annus erat a morte patris duorum Augustorum.*

(2) *Lib.* III. *cap.* XIII Συνέστη δὲ αὕτη ἡ Σύνοδος ῥουφίνου, καὶ Εὐσεβίου ὑπατευόντων. ἐνδέκατον δὲ τοῦτο ἔτος ἦν ἀπὸ τῆς κωνσταντίνου τελευτῆς. „ Congregata autem haec Synodus „ est Rufino, & Eusebio Coss. Erat autem is an„ nus undecimus a morte Constantini.

poſſis evertere. Sed nulla intelligo tibi eſse in promptu.

Socratem ac Sozomenum obtinere in hoc genere auctoritatē, eſſeque veteres alios, qui eis aſſentiantur, ſtatuantque eandem Epocham Synodi Sardicenſis.

XXVI. Dixi, appoſita nota Conſulum. Nam ſi annum, numeris adhibitis, deſcripſiſſent, quoniam numeri librariorum imperitia, erroreque vitiari plerumque ſolent, ferrem profecto, ut nihil diceres effici eorum Scriptorum teſtimoniis poſſe. At ſi conſules indicant, qua in re neque pugnant cum Athanaſio, quicum tuus Anonymus pugnat, neque facile eſt ut errent librarii: quid eſt, quod illis cenſeas negandam eſſe aſſenſionem? At lapſi interdum in hoc genere ſunt, ut eſt a Pagio (1) animadverſum. Quid igitur? Negabis nunc, quae ſunt abs te ipſo, cum de Anonymo diſſereres, conſtituta (2)? Numquam equidem inducere in animum potero, ut ei qui interdum erravit, negem, quia lapſus quandoque eſt, fidem in ceteris adjungi oportere, niſi ſit veterum

(1) Vide Manſii Apologiam *in Append. n. 2. §. XXV.*

(2) Manſ. *Apolog.* §. XIX. „ Fateor, *inquit*, Anonymum habere impeditiſſimam „ interdum Chronologiam, & in pluribus „ eſſe corruptum; ſed numquid quod identidem vitium ſentit vetuſtatis, ideo ubique „ mendoſus judicandus eſt?

rum, qui contra ſentiant, auctoritas impedimento.

Nolo autem exiſtimes hos tantum duos habere hiſtoricos me, qui mihi ipſi ad hanc de Epocha Sardicenſis Concilii opinionem tuendam praemonſtrarint viã. Nam eſt illud ſtatutum, ut arbitror, recte, Athanaſium (1), Liberium (2), Julianum Parabaten Imperatorem (3), Socrati, atque Sozomeno, non tuo iſti Anonymo praeiviſſe. Praeterea veteres illi Scriptores, qui de vita Sancti Pauli (4) Epiſcopi Conſtantinopolitani, deque vita Sancti (5) Athanaſii commentarios edide-

(1) Vide ſupra *Epiſt.* I. *num.* IX. *pag.* 23. *ſeqq.* & hujuſce *Epiſt.* §. II. *ſeqq.* & §. VII. *pag.* 193. *ſeqq.*

(2) Vide ſupra hujus *Epiſt.* §. XVII.

(3) Conſule Juliani locum ſupra *pag.* 182. *ſeq.*

(4) Apud Photium in Bibliotheca *pag.* 1423. *Edit. an.* 1612. κηρύσσεται Σύνοδος οἰκουμενικὴ, γνώμῃ τῶν δύο βασιλέων, μετὰ ἑνδέκατον ἔτος τῆς τοῦ Εὐσεβεστάτου Κώνσταντίνου τελευτῆς. *Convocatur Oecumenica Synodus ſententia duorum Imperatorum undecimo anno a morte piiſſimi Conſtantini.*

(5) Apud Photium *pag.* 1442. *ejuſdem Edit.* κηρύσσεται γνώμῃ τῶν δύο βασιλέων κατὰ Σαρδικὴν οἰκου-

derunt, & quorum eſt a Photio facta commemoratio in Bibliotheca, an. XI a Conſtantini morte celebratum fuiſſe ſcripſerunt Sardicenſe Concilium. Mitto Compilatorem Tripartitae Hiſtoriae (1), quod is Socratem, Sozomenumque exſcripſerit. Sed Sozomenus, inquis, ab Socrate eſt eam (2) rem mutuatus. Quis tibi fuit, ut hoc ſcriberes auctor, atque impulſor? Multa, dicis, Sozomenus ex Hiſtoria Socratis tranſtulit in ſuam. Non nego. Verum etſi imitatus Socratem ſaepe eſt non tamen, ut ſervum pecus: quare factum eſt, ut in pleriſque rebus ab Socrate diſcreparet. Atque eo haec ſpectant, ut intelligas te, non pondere argumentorum modo, ſed numero etiam Scriptorum mihi eſſe inferiorem. Etenim Anonymus Maffejanus, Chronicon Hieronymianum, Iſidori Mercatoris Codex, & Agrippinenſe falſum, ſpu-

οἰκουμενικὴ Σωόδ⊙, ἐνδέκατον δ' ὢν ἔτ⊙ ἀπὸ τῆς τελευτῆς Κωνσταντίνου. *Congregatur ſententia duorum Imperatorum Sardicae Oecumenica Synodus. Undecimus autem erat annus a morte Conſtantini.*

(1) *Tom. I. Opp. Caſſiodori, lib.* IV. *Hiſtor. Tripart. cap.* XXIII. *pag.* 249. *Edit. an.* 1679.

(2) *Apolog.* §. XXI.

ſpuriumque Concilium (nam ademtus tibi Theodoritus eſt) nec auctoritate, nec numero Athanaſio, Liberio, Juliano, Socrati, Sozomeno, duobuſque Anonymis pares eſſe ullo modo poſſunt. Quamobrem non eſt cur de numero gloriere(1); quamquam eſt numeri in hoc genere vis omnino nulla.

XXVII. Habes rationem de Sardicenſi Concilio anno CCCXLVII celebrato. Cognoſce cetera. Veriſimile eſt continuo atque habitum illud eſt, Sardica fuiſſe ad Imperatorem miſſos Euphratem, atque

Anno CCCXLVII *circa Paſcha Legatos Synodi Sardicenſis veniſſe Antiochiam; Athanaſium vero rediſſe an.* CCCXLIX *in Patriam.*

(1) „ Vide, *inquit*, Manſius, uter noſtrum „ melius argumentetur. Ego ſic. Sardicenſe „ Concilium an. 344, vel 345. convenit, ut „ ex Anonymo Maffejano, veteri Concilii in„ ſcriptione (*nempe Iſidoriana, ſi tamen eſt ab „ Iſidoro ſcripta*) S. Hieronymo in Chronico, „ Theodoreto, & actis Concilii Agrippinen„ ſis demonſtratur; ergo corrigendi ſunt So„ crates, & Sozomenus, qui annum 347. ma„ lunt. Tu ſic: Sardicenſes Patres an. 347. „ coiverunt, teſte Socrate, & Sozomeno: „ Ergo vitiata eſt lectio Theodoreti, S. Hiero„ nymi, veteris Concilii inſcriptionis, Ano„ nymi Maffejani, & Actorum Concilii Agrip„ pinenſis „. Papae dialecticam ratiocinationem! *Apologiae* §. XXII. Conſule etiam, quae perſequitur §. XXI.

atque Vincentium (1). Jam vero coactum illud fuit ineunte eo, quem dixi anno CCCXLVII. Cum enim circa Paſcha Antiochiam Legati Synodi perveniſſent, fuerit illud Paſcha anni CCCXLVII neceſſe eſt: quare dandum eſt omnino, ineunte anno CCCXLVII celebrari caeptum fuiſſe Concilium Sardicenſe, ut Legati eſſe circa Paſcha poſſent Antiochiae. Differri enim illorum adventus nequit in ann. CCCXLVIII. Nam decimo menſe poſt, quam inſtructae paſchali tempore inſidiae Legatis ab Arianis fuerant, ſcriptae ab Imperatore ad Athanaſium ſunt litterae (2), quibus ei dabatur redeundi Alexandriam poteſtas. Igitur miſsae in Italiam eae litterae fuerunt ſub initium CCCXLVIII anni. Atque ab eo tempore quibus hae primae, ad illud, quo poſtremae litterae ſcriptae ad Athanaſium ſunt ab Imperatore, annum integrum excurriſſe ſatis eſt, ut in prima Epiſtola conſtitit (3), exploratum.

(1) Hoc non negabit Manſius, qui in *Diſſertat. pag.* 7. concedit Legatos eſſe potuiſſe Antiochiae Paſchali tempore an. 345., etiamſi initio anni ejuſdem celebratum fuiſſet Concilium.

(2) Conſule *Epiſt.* I. §. IX.

(3) Vide eamdem *Epiſt. ibid.*

tum. Itaque initio anni CCCXLIX versabatur in Italia Athanasius, ubi ei sunt redditae extremae litterae a Constantio. Ac redditae quidem non sunt ante Martium mensem. Est enim difficile creditu citius perferri eas Aquilejam potuisse, cum scriptae fuissent in Syria (1). Age vero, ut inde migraret Athanasius, & Romam veniret, & ibi aliquamdiu degeret, hincque jam in Galliam se ad Constantem conferret, postque Hadrianopolim peteret, rursum Antiochiam ad Constantium, deinde Hierosolyma, ac tandem Alexandriam pergeret (2), nonnequinque, aut sex circiter mensium intervallum requirebatur? Cum igitur ita sese res omnis habuerit, consequens est, ut ille nequiverit pervenire ante Julium (3), vel Augu-

(1) Colligitur ex Epistola Constantii ad Athanasium, quam etiam transtulit in suam Historiam *lib.* II. *cap.* XXIII. Socrates. Atque erat ineunte an. CCCXLIX Constantius in Syria, ut observat ex legibus eo anno latis Gothofredus in *Chronol. Legum Cod. Theod. pag.* XLVII. *seq. Tom. I. Edit. an.* 1665.

(2) Consule *Epist.* I. §. IX. *seqq.* & Montfauconum in vita S. Athanas. Operum *Tomo I. praefixa, ad an.* 349. *n.* 3. *seqq.*

(3) Potuit etiam serius. Nam etsi Constantius

guſtum, vel fortaſſe etiam Septembrem menſem in Patriam. Quodſi Paſchali tempore anno CCCXLVIII Legati Antiochiam veniſſent, ex his, quae ſunt hactenus diſputata, conficeretur Athanaſium introduci Alexandriam non potuiſſe ante exitum CCCL anni. Quae res nequit ullo modo conſiſtere. Eo namque pervenit prius quam eſſet Conſtans a Magnentio interfectus (1). Occiſus autem Conſtans eſt initio CCCL anni. (2) Quare extremo ſummum CCCXLIX anno redierit in patriam Athanaſius; Legati vero Synodi Sardicenſis biennio ante, hoc eſt CCCXLVII, circa Paſcha, acceſſerint oportet Antiochiam. Nolo autem exiſtimes Socratis,

tius menſe Octobri Conſtantinopoli verſabatur, tamen nihil impedit, quin eum adire menſe aut Julio, aut Auguſto ineunte Antiochiae Athanaſius quiverit, indeque poſt Hieroſolyma petere, quo tempore Conſtantinopolim iter Conſtantius dirigere inſtituerat.

(1) Conſule Athanaſium *Hiſtor. Arianorum ad Monachos n.*23., quo loco refert litteras ad ſe Alexandriae degentem ab Imperatore datas, de Conſtantis caede, & Theodoritum *lib.* II. *cap.*XII. *Hiſt. Eccl.*

(2) Vide quae diſputavimus *Epiſt.*I.*pag.*48. *not.* 2.

cratis, Sozomeni, & Scriptorum Anonymorum, quos laudavi, auctoritate, qui affirment Synodum fuiſſe habitam XI a morte Conſtantini anno, concludi oportere poſt Majum menſem an. CCCXLVII rejiciendam eſſe Epocham Synodi ejuſdem, propterea quod tunc initium an. XI a morte Conſtantini ſumeret. Nam illi ipſi Socrates, & Sozomenus anno 4. poſt Synodum Sardicenſem occiſum fuiſſe Conſtantem pugnant. Fuit autem Conſtans interemtus an. CCCL circa XV. Kal. Februarias. Si ergo poſt Majum an. CCCXLVII celebratum Concilium Sardicenſe fuiſſet, non 4. anno, ſed vix tertio ineunte a celebrato concilio occiſus fuiſſet a Magnentio Conſtans. Itaque dandum eſt ex his annis, quibus proleptice aliquando Socrates, atque Sozomenus uterentur, nihil poſſe confici contra ea, quae ſunt a me de Synodo Sardicenſi celebrari coepta initio anni CCCXLVII diſputata (1).

Gregorium Cappadocem deceſſiſſe an. CCCXLVIII. ineunte.

XXVIII. Venio ad Cappadocem Alexandrinae Sedis direptorem Gregorium. Dabis opinor non CCCXLVI ineunte hominem, ſed vel CCCXLVII, vel CCCXLVIII fuiſſe vita privatum ab Alexandri-

(1) Vide ſupra *pag.* 183. *num.* 2.

drinis. Eſt id namque paullo ante auctoritate veterum demonſtratum (1). Nunc autem ſic habeto, illum ne anno quidem CCCXLVII periiſſe. Eſt enim vita functus an. CCCXLVIII. Atque ſi hoc etiam effecero, erit cur me promiſſis meis ſatis feciſſe confiteare. Igitur animum adverte, atque audi. Anno CCCXLVII Paſchali tempore cum Legati Synodi Sardicenſis Antiochiae eſſent, detectae ſunt Arianorum inſidiae (2). Erat tum vivus Gregorius (3). Itaque Imperator Arianorum ſtudia averſatus clericis Athanaſii redeundi in patriam poteſtatem fecit, Athanaſio vero non fecit (4), non aliam quidem ob cauſſam, quam quod Gregorius viveret (5). Decimo menſe poſt, quam cognitae Arianorum, quas moliti in Legatos fuerant, artes Imperatori ſunt; mortuo Gregorio, accitus fuit Athanaſius Alexandriam (6). Deceſſerat ergo eo tem-

(1) Vide ſupra §.v. *hujus Epiſt. pag.* 190. *ſeq.*

(2) Vide ſupra Epiſt. I. §. IX. & Epiſt. III. §. XVIII. & XIX.

(3) Conſule Epiſt. I. §. IX.

(4) Conſule Epiſt. I. §. IX.

(5) Nam eo mortuo ſcripſit Conſtantius ad Athanaſium, ut veniret in patriam.

(6) Vide Epiſt. I. §. IX.

tempore Gregorius. Cur enim ſi ante deceſſiſſet, diu expectaſſet ad Athanaſium in Patriam revocandum Conſtantius, quem frater Conſtans litteris vehementer urgebat, ut ſanctiſſimo viro reſtitueret, quem ei ademiſſet injuria, Epiſcopatum? Decimo igitur menſe poſt, quam Ariani dolis aggreſſi Legatos Synodi Sardicenſis fuerunt, Gregorius periit. At ſi a 12. die Aprilis menſis, qua celebratum eſt Paſcha an. CCCXLVII, numeres menſes circiter X, incides in extremum Januarium, vel in ineuntem Februarium menſem anni CCCXLVIII. Ego vero patiar ut initio Januarii perierit. Parvi namque refert. Hoc tamen tibi eſt concedendum, biennio poſt, quam ipſe putaveris, Gregorium deceſſiſſe.

Jure eſſe Manſium a Mamachio reprehenſũ, de Gregorii interitu diſſerentem.

XXIX. At ſi eſt ita, ut dicis, inquies, ſum equidem abs te reprehenſus injuria, quod Gregorium decimo menſe poſt periiſſe defenderem (1), quam Legatis Ariani inſidias comparaſſent. Ego vero, Manſi optime, non eo te reprehendi, quo affirmaſſes mortuum tunc fuiſſe Gregorium; ſed quo Athanaſium

(1) Epiſt. 1. §.

de Gregorii morte (1), quaſi decimo menſe poſt illud tempus contigerit, loquutum fuiſſe exiſtimaſſes, cum ille non de Gregorio, ſed de litteris, defuncto Gregorio, decimo menſe poſt detectas artes & fraudes Arianorum, a Conſtantio miſſis loquutus ſit. Ex qua una re, nihil effici, quod ad Epocham mortis Gregorii conſtituendam pertineat, poſſe cenſeo. Neque enim ex eo quod Athanaſius dixerit *defuncto Gregorio* ſcriptas fuiſſe litteras ab Imperatore, conſequens continuo eſt, cum deceſſiſſet Gregorius, tunc ſtatim litteras fuiſſe Aquilejam miſſas: niſi & curae Conſtantis de reſtituendo Athanaſio, & voluntatis Conſtantii ſatisfaciendi fratri ratio habeatur.

Legatos Synodi non perveniſſe citius Antiochiam, opinione Mamachii, quam ferre ratio videatur.

XXX. Sumes fortaſſe, citius me legatos perduxiſſe Antiochiam, quae Sardica longe aberat, quam ferre meae animadverſiones poſſint. Ac ſi Februario E. G. menſe celebrari Concilium deſiit, in-

(1) Sic enim introducit Manſius S. Athanaſium diſſerentem. *Decimo ab hinc menſe defunctus eſt Gregorius.* At non ſic Athanaſius habet. Nam ſcribit: ὑπὲρ μῆνας μικροὺς τοὺς δέκα, τελευτήσαντος Γρηγορίου, μεταπέμπεται κὴ Ἀθανάσιον κ. τ. λ. *Deinde poſt menſes circiter decem, mortuo Gregorio, & Athanaſium accivit, &c.*

intellig nequit, qui tandem Paſchali tempoe verſarentur Legati Antiochiae. Veruntamen obſecro te majorem in modum, ut conſideres etiam atque etiam, initio Januarii menſis potuiſſe Patres, (nam erant ut arbitror omnia ad Synodum habendam parata (1)) Sardicam convenire, agereque de rebus diſciplinae, & religionis. Ita enim fiet, nulla ut difficultas ſuperſit, quae te deterreat ab ea opinione tuenda, quae referat finem Synodi in exitum Januarii. Sed aberat Sardica Conſtantinopoli Manſiones

(1) Nam ſi, ut paulo ante oſtendi, anno CCCXLV, vel CCCXLVI Athanaſius Mediolanum venit, ſcriptumque reperit fuiſſe ad Conſtantium ab Imperatore Conſtante de cogenda Sardicae Synodo (*Apol. ad Conſtant. num. 4. pagin. 298. Tom. 1. Opp.*) conſequens erit jam uſque ab an. CCCXLVI parari coepta fuiſſe, quae ad celebrandam eam Synodum pertinerent. Quae res magis, magiſque confirmari inde poteſt, quod poſt non multum temporis intervallum Mediolano in Gallias contenderit Athanaſius, ut cum Hoſio Sardicam recederet ad Concilium. Nam indicio eſt conveniſſe inter utrumque Imperatorem de ea re, & Patres an. CCCXLIV Sardicam properare coepiſſe. Conſule *Athanaſ. l. c.*

xx. (1) Conſtantinopolis vero Antiochia Manſiones xl. (2) Commode igitur, ſi x etiam Februarii die Sardica abiiſſent, pervenire xii menſis Aprilis die Legati poterant Antiochiam. Nam ſexaginta Manſionum intervallum percurri conſuerat ſpatio totidem dierum.

Diſputationē de Agrippinenſi, ceteriſque Conciliis, quorū Chronologiā Manſius turbavit, differri in aliud tempus oportere.

XXXI. Eſſet hic quidem de Agrippinenſi, deque ceteris Conciliis, quorum tu perturbaſti Chronologiam, licendi locus. Sed eget ea tempore diſputatio. Itaque differetur in proximum menſem Junium. Spero enim fore, ut ex meis litteris tunc cognoſcas, quam ſis etiam minus accurate verſatus in eo genere controverſiae. Tu interea fac conſiderate diligenterque legas, quae hac Epiſtola ſum complexus. Oro denique te, ut putes virium in me fortaſſe, quibus tibi ſatis faciam, minus, amoris autem, & voluntatis erga te meae, non minus, quam velis, eſſe. Vale.

IV Kal. Junias.

EPI-

(1) Itinerar. Hieroſolym. *pag.* 571. *Edit. an.* 1735.

(2) Vide, quae Epiſt. I. §. x. diſputata ſunt.

EPISTOLA IV.

ARGUMENTUM.

AIT *complecti se breviter velle, quae superioribus litteris sunt copiose de Epocha Sardicensis Concilii disputata. Primam rationem, qua usus est Mansius, ut in annum* CCCXLIV *Synodum Sardicensem retraheret, falsam esse. Alteram caussam ut & tertiam, quae in ea Mansium confirmavit opinione, longe abesse a veritate. Agrippinensis Synodi auctoritatem nullius ponderis esse, quod ea sit in spuriis numeranda. Quare quartam rationem adversarii, quae hinc esset petita, nihil habere virium. Ex adjunctis Chronologicis notis Chronico Hieronymiano rem nullam concludi posse, quae Mansio praesidio esse queat. Inscriptionem Synodi Sardicensis, quae in quibusdam Co-*

dicibus Collectionis Isidorianae legitur, neque veterem esse, neque dignam, quae a diligenti Chronologo laudetur. Breviter rursum concludit Synodum Sardicensem fuisse an. CCCXLVII *celebratam. Narcissum & Marin an.* CCCXLIII *ad Constantem Legatos venisse, habitamque fuisse Synodum Antiochenam Arianorum, quae formulam* Μακρόστιχον *edidit aut* CCCXLV *aut* CCCXLVI *anno; esse autem verisimilius, quod est de anno* CCCXLVI. *De Synodo Philippopolitana. De Carthaginiensi sub Grato. De duabus Mediolanensibus. De Romana nescio qua a nonnullis doctis viris excogitata. De Hierosolymitana Catholicorum in caussa Athanasii, deque altera item Hierosolymitana Arianorum. De Epochis Sirmiensium Conciliorum. De Synodo incerti loci in Aegypto. De Arelatensi. De alia Antiochena Arianorum. De Biterrensi. De ea quae habita ad deponendum Cyrillum Hierosolymitanum fuit. De Melitinensi. De Neocaesariensi. De Ariminensi, & Seleuciensi. De Antiochena in caussa Meletii. De Alexandrina Athanasii. De altera item Alexandrina. De Parisiensi. De Romana sub Damaso. De Antiochena Me-*

Meletii. De Conſtantinopolitana Arianorum. De Lampſacena. Manſium non fuiſſe primum omnium Scriptorum hujus aetatis, qui cenſuerit rediiſſe Athanaſium an CCCXLVI *poſt Gregorii mortem Alexandriam.*

FR. THOMAS MARIA MAMACHIUS JOHANNI DOMINICO MANSIO S. D.

Complecti se breviter velle, dicit, quae superioribus litteris copiose sunt disputata.

I. IDIBUS Juniis noster Agathophilus ad me venit. Ex eo cum essem percuntatus ecquid Luca novi? intellexi abiisse te Taurinum ad Regem. Ego qui aliud quaesissem, rogavi, ut missa haec faceret, diceretque potius, quid sentires de litteris, quas ad te IV Kal. scripsissem. Negavit nunciatum quidquam sibi esse, quod ad eam rem pertineret; sed vereri se tamen dixit, ne tibi minus placerent, quam egomet mihi persuasissem. Esse te studiosissimum brevitatis. Non probaturum te, quae & varietate tanta sententiarum, & longa oratione explicata, atque concluſa essent. Id se consilii dare: si com-

ſi complecti brevi, quae fuſe diſputaram, poſſem, hoc ne in aliud tempus differrem. Sperare ſe dicto ſuo ſi audiſſem, futurum, ut non ceteris modo, ſed tibi etiam ſatisfacerem. Quid verbis opus eſt? Induxit me homo, ut ſibi, quae poſcebat, promitterem. Agam igitur, ut tibi placeam, Stoicorum more, adſtringamque breviter ejus argumenti ſententiam. Nunc animum adverte.

II. Si falſae ſunt cauſſae illae omnes, quae te impulerunt, ut veram negares eſſe Socratis de celebrato an. CCCXLVII Sardicenſi Concilio opinionem; nulla tibi ſit oportet cauſſa reliqua, cur eam deinceps neges. Ac ſi nulla eſt cauſſa reliqua cur neges, maneat illud immotum, te etiam non repugnante, neceſſe eſt, quod eſt de re illa ſcriptum ab Socrate. Sunt vero eae cauſsae omnes falſae. Manet ergo immota Socratis de Epocha Synodi Sardicenſis ſententia.

Falſam eſſe cauſsã; quae Manſium impulit, ut Epochã Synodi Sardicenſis in annum CCCXLIV. retraheret.

Nam quae prima ratio te impulit, ut ab eo ſcriptore diſſentires, haec fuit omnino. Anonymo Maffejano & Hieronymo auctoribus anno CCCXLVI poſt Gregorii Cappadocis mortem reverſus eſt Athanaſius Alexandriam. Biennio autem ante

ante reditum illum celebrata Synodus Sardicenſis fuit. Celebrata eſt igitur anno CCCXLIV (1).

Sed eſt haec longe diſtans ratio a veritate. Fac enim, ut ipſe putas, ineunte anno CCCXLVI interierit Gregorius Cappadox, accituſque a Conſtantio fuerit in Patriam Athanaſius (2). Anno ſolido poſt erat adhuc Athanaſius in Occidente, cujus rei teſtis eſt ipſe, in iis quas dedit ad Monachos litteris (3). Erat igitur ineunte anno CCCXLVII in Occidente Athanaſius. Non ergo an. CCCXLVI rediit Alexandriam. De Chronico Hieronymiano, dicam ut ſum pollicitus, aliquanto poſt diligenter. Nam de Anonymo ſatis multa in prioribus litteris diſputata ſunt.

Alterā cauſſam, quam Iſidorianae Collectionis recentiores quidam Codices Manſio ſuppeditarunt, fulſam itē eſſe.

III. Altera eſt ratio, quod ab Iſidoro Mercatore didiceris (4) Leontio, & Salluſtio Coſs., hoc eſt anno CCCXLIV, fuiſſe Sardicae congregatos ad Concilium celebrandum Patres. Sed etſi haec tradita

(1) Manſ. Diſſert. *pag.* 5. *ſeq.*
(2) Manſ. Diſſert. *pag.* 7.
(3) Vide Epiſt. I. *pag.* 24. *ſeq. nota* 3. & Epiſt. III. *pag.* 190. *ſeqq.*
(4) Manſius Diſſert. *pag.* 7.

dita eſſent ab Iſidoro, numeranda tamen in falſis eſſent. Namque fervente aeſtate an. CCCXLV, Juliano Imperatore teſte (1), pugnatum ad Singaram cum Perſis fuit. Cum primum autem ſcriptae de ea pugna Sardicam fuerunt litterae, nondum erat celebratum Concilium, ſi credendum eſt Athanaſio (2). Ante exitum aeſtatis igitur, immo vero ante autumnum an. CCCXLV haberi Synodus Sardicenſis non potuit. Non eſt ergo habita an. CCCXLIV, ut Iſidoriana Inſcriptio poſtulat.

Rurſum anno CCCXLI poſt Maium menſem celebratum Concilium Dedicationis Antiochiae fuit, ordinatuſque poſt ſeceſſionem Orthodoxorum ab Arianis Gregorius circa Auguſtum, aut Septembrem, aut etiam fortaſſe Octobrem menſem (3). Venit autem Cappadox ille Alexandriam an. CCCXLII (4), quo quidem anno poſt Paſcha patria Athanaſius ceſſit

(1) Vide quae diſputavimus *Epiſt.* III. §. II. *pag.* 179. *ſeqq.*

(2) Conſule quae ibidem diſputata ſunt.

(3) Vide ſupra *Epiſt.* III. §. VIII. *pag.* 196. & §. XII. *pag.* 212. *ſeqq.* & §. XV. *pag.* 220. *ſeqq.*

(4) Vide ſupra *Epiſt.* III. §. XII. *pag.* 212. *ſeqq.* & §. XV. *pag.* 220. *ſeqq.*

ceſſit (1), atque navigavit Romam. Quarto vero poſt anno accitus Mediolanum ab Conſtante fuit (2). Pervenit ergo Mediolanum ſaltem poſt Paſcha an. CCCXLV. Poſt ejus adventum habitum eſt Mediolanenſe Concilium (3). Igitur poſt Paſcha ann. CCCXLV. Jam vero quo tempore Mediolanum venit, intellexit ſcriptum a Conſtante ad Conſtantium fuiſſe de cogenda Synodo Sardicae (5). Nondum autem Conſtanti Frater reſcripſerat (6). Igitur ab eo tempore, quo Mediolanum Athanaſius venit, ad illud, quo pervenire litterae Conſtantii, pararequeſe,

(1) Vide locum Athanaſii ſupra Epiſt. III. §. VII. *pag.* 193. *ſeq.* & Epiſt. Encyclicam ad Epiſcopos *n.* 5. *pag.* 115. *T.* 1. *Opp.*

(2) Conſule Epiſt. III. §. VII. *pag.* 193.

(3) Conſule eumdem locum Epiſt. III.

(4) Non negat Manſius in *Diſſert. pag.* 12.

(5) Conſule Epiſt. III. *pag.* 193. & 194. *ſeq.*

(6) Cum enim Mediolanum Athanaſius venit, comperit ſcriptum fuiſſe ab Conſtante de ea re, reſcriptum autem a Conſtantio fuiſſe non dicit. Quod quidem argumento eſt non fuiſſe ab eo reſcriptum, proindeque Athanaſium aliquamdiu Mediolani manſiſſe; poſt autem ubi litterae Conſtantii redditae Conſtanti fuerint, abiiſſe in Gallias ad Hoſium, ut unam Sardicam peterent.

ſe, ac venire Sardicam Epiſcopi tot regionum (1) poſſent, menſes ſaltem ſex interceſſerint neceſſe eſt. Nam brevius intervallum ne ſuſpicari quidem poſſumus. Itaque incidemus in autumnum an. CCCXLV. Quamobrem ante eum autumnum haberi Synodus Sardicenſis non potuit. Fit ergo, ut neque CCCXLIV, neque ineunte CCCXLV anno celebrata ſit.

Denique Liberio Pontifice Maximo auctore Synodus Mediolanenſis celebrata an. CCCXLVI eſt (2). Poſt hanc celebrata eſt Sardicenſis (3). Celebrata eſt igitur Sardicenſis, aut an. CCCXLVI, aut an. CCCXLVII. Quare non CCCXLIV neque ineunte CCCXLV anno. At Socrates, Sozomenus, Anonymique veteres ſcriptores

(1) Nam Epiſcopi Sardicam venerunt ex *Hiſpania*, *Galliis*, *Italia*, *Campania*, *Calabria*, *Apulia*, *Africa*, *Sardinia*, *Pannonia*, *Myſia*, *Dacia*, *Norico*, *Siſcia*, *Dardania*, *Macedonia*, *Theſſalia*, *Achaja*, *Epiro*, *Thracia*, *Rhodope*, *Palaeſtina*, *Arabia*, *Creta*, *Aegypto* &c. ut conſtat ex Epiſt. Synodicae inſcriptione apud Athanaſium Apolog. cont. *Arian. Tom.* 1. *Opp. Edit. Montfaucon. pag.* 155.

(2) Vide ſupra Epiſt. III. *pag.* 228. *ſeq.*

(3) Conſule eumdem Ep. III. *pag.* 229. *ſeqq.*

res duo habitam Sardicenſem fuiſſe ferunt an. cccxlvii. Cum ergo nihil obſtet, concedendum his eſt, quod ſcripſerunt. Jam vero cogi haec poſt Paſcha anno cccxlvii non potuit (1), nam differri adventus Legatorum Antiochiam in an. cccxlviii nequit. Congregata eſt igitur initio an. cccxlvii. Erant autem Euphrates, & Vincentius Legati Synodi Sardicenſis Antiochiae circa Paſcha (2). Non an. cccxlviii multoque minus anno cccxlix. Ergo an. cccxlvii. Decimo vero circiter menſe poſt Gregorius obiit (3). Initio igitur an. cccxlviii. At anno ſolido poſt Athanaſius in Occidente (4) agebat. Quare initio an. cccxlix erat Athanaſius in Occidente. Concludatur igitur an. cccxlvii ineunte coactam Synodum Sardicenſem fuiſſe. Anno eodem circa Paſcha egiſſe Antiochiae Legatos Synodi. Initio anni cccxlviii periiſſe Gregorium, falſamque proinde eſſe tertiam rationem tuam, qua Theodoriti teſtimonio efficere nitebaris deceſſiſſe ite-

(1) Epiſt. iii. *pag.* 238. *ſeq.*
(2) Ibidem.
(3) Epiſt. iii. *pag.* 190. & Epiſt. i. *pag.* 24. *ſeqq.*
(4) Vide ſupra eamd. Epiſt. i. *pag.* 23. *ſeqq.*

illam initio anni CCCXLVI (1). Anno denique CCCXLIX Athanaſium ex Occidente in Patriam iter inſtituiſſe. Non enim differri poteſt ejus in an. CCCL diſceſſio (2).

Sed ſi vis ulla, dices, ineſt argumentationi tuae, ſequetur initio an. CCCXLVII cogi nequiviſſe Sardicenſe Concilium. Etenim ſi quo tempore Athanaſius Mediolanum venit, nondum reſcripſerat Conſtantius fratri, venit autem Athanaſius Mediolanum an. CCCXLVI, quo celebrata Synodus Mediolanenſis eſt, breve fuiſſet, quod erat reliquum, temporis intervallum, ut e tot regionibus accedere Sardicam Epiſcopi poſſent. Ego vero nihil dico mihi videri minus. Nam potuit an. CCCXLV Athanaſius Mediolanum ad Imperatorem Conſtantem ire. Potuerunt paullo poſt Conſtantii litterae Conſtanti reddi. Annus autem, menſeſque aliquot, qui inter autumnum E. G. anni CCCXLV. & initium an. CCCXLVII interceſſerant, ſatis erant, ut commode Sardicam Epiſcopi ſe conferrent.

(1) Epiſt. III. §. VII.
(2) Epiſt. III. *pag.* 240.

Argumentū, quod ex Agrippinenſi ſuppoſita Synodo deduxit Manſius vi omni, efficacitateque carere.

IV. Verum Synodus Agrippinenſis celebrata anno CCCXLVI, haereſeos condemnavit Euphratem Colonienſem (1). At ſi condemnatus is fuit an. CCCXLVI, qui tandem an. CCCXLVII potuit Legatus ab Orthodoxa Synodo Sardicenſi ad Imperatorem mitti? Iſthuc veniebam. Nam eſt haec quarta, atque poſtrema cauſſa, quae te movit, ut Socratis Sozomenique reprobares ſententiam. Itaque ſic habeto: Si conſtant ſibi, quae ſunt paullo ante Epiſtolae Liberii auctoritate concluſa (2), omnibus partibus falſa eſſe, quae Pſeudo-Agrippinenſe Concilium continet de Euphrate anno CCCXLVI haereſeos condemnato. Namque ſi anno CCCXLVI habita Mediolanenſis Synodus, poſt vero celebratum Sardicenſe Concilium vel exeunte CCCXLVI vel ineunte CCCXLVII, miſſuſque hoc anno Athanaſio (3) teſte, Euphrates Legatus ab Synodo Antiochiam fuit, conſequens eſt, quae Agrippinenſium Actorum ſcriptor turbavit de da-

(1) Vide Acta Synodi apud Harduinum *Tom.* I. *Concilior. pag.* 361.

(2) *Epiſt.* III. *pag.* 228. *ſeqq.*

(3) Hiſtor. Arianor. *ad Monachos num.* XXI. *T.* I. *Opp. pag.* 356. *Edit. Montfauconianae*

damnato Euphrate an. CCCXLVI, esse omnia plena mendaciorum,

Sed quoniam de Synodo Agrippinensi tempus admonuit; feres opinor, ut aliquanto diligentius demonstremus esse illam rejiciendam in numerum spuriarum. Ita enim fiet, ut me injuria abs te, quasi audacter scribam, reprehensum esse confiteare (1). Principio nescio an, te judice, digna haec sit scriptore IV seculi tam barbara, tamque inepta dicendi ratio, quam acta usurpatam fuisse ferunt a Valeriano: *Sufficerat a quinque Episcopis Euphratam blasphemum pro meritis suis SENTENTIARI* (2). Atenim ferenda haec sunt. Nam tibi quoque voces non absimiles nonnumquam excidunt. Sunt enim hae tuae: *In utroque, hoc historiae puncto. Extra suum locum narrari aliqua. Genuinus scriptor &c.*

(1) Sic enim Mansius scribit Apolog. §. XXX. de Mamachio. „ Debebam, si tuis moribus „ agere voluissem ... asserto definire contro„ versiam ambiguam. Ita enim tu soles. *Men„ dosus est Theodoriti textus: Mendosa* Conci„ lii Sardicensis vetus inscriptio. Errat San„ ctus Hieronymus. Ita est. Ne dubita.

(2) Acta Synodi apud Harduinum *Tom. I. Concilior. pag. 633.*

Itaque praetereo quae ſunt de ſtilo. Nunc quid illud eſt, quod *Servatius Tongrenſis* narrat, *publice, & domeſtice obſtitiſſe ſaepe Euphrati* ſe, neganti Chriſtum eſſe Deum, *audiente Athanaſio Epiſcopo Alexandriae* (1)? Quo enim tempore audire Athanaſius potuit Euphratem? Anno ne cccxxxvi. & ſeqq. ad an. cccxxxviii, cum juſſu Conſtantini in Galliis exularet? An vero anno cccxliv cum in Gallias ſe contuliſſet, ut una cum Hoſio Sardicam ad Concilium (2) iret? Nam quo alio tempore quiverit, ne conjectura quidem aſſequi poſſum. Quemadmodum igitur paſſus ille fuiſſet, ut quem cccxxxvi, vel cccxliv anno, ante Sardicenſe Concilium, cognorat Arianis partibus ſtudere, hunc Patres Orthodoxi an. cccxlv Antiochiam Legatum mitterent? Deinde diſtuliſſent ne tamdiu Epiſcopi, qui jam uſque ab an. cccxxxvi vel

(1) Ibid. *pag.* 634. Vide Montfauconum in vita Athanaſ. ad an. cccxxxvi. *ſeqq. pag.* xxxviii *ſeqq.*

(2) Dicta haec ſunt ſententia Manſii, qui an. cccxliv veniſſe ante Sardicenſe Concilium in Gallias Athanaſium putat, ut una cum Hoſio Sardicam peteret. Nos illud iter conjicimus in extremum an. cccxlvi.

vel ſummum CCCXLIV certo ſciſſent Euphratem ante Sardicenſe Concilium in tanta ſententiarum perverſitate verſari, indignumque eſſe *laica communione* (1), diſtuliſſentne, inquam, ad an. CCCXLVI hominem deturbare de ſede Colonienſi? Quid? quod non ſit veriſimile, Gallos quibus perſpecta eſſet improbitas Euphratis, noluiſſe ejus rei certiores facere Sardicenſes Patres, ut ne illius opera uterentur? Sed potuit, inquies, Athanaſius audire Euphrata de Chriſto impie diſſerentem an. CCCXLVI, quo ille tempore in Gallias ad Conſtantem venit. Ego vero ante annum CCCXLVIIII Athanaſium ad Conſtantem in Gallias ire nequiviſſe oſtendi plane ad veritatem (2). Quapropter non eſt cur ad hoc tibi praeſidium putes confugere licere. Praeterea ſi damnatus anno CCCXLVI, hoc eſt poſt Conſulatum Amantii, & Albini, ut acta poſtulant (3), Euphrates fuiſſet, feciſſetne ejus Athanaſius *in hiſtoria Arianorum ad Monachos*, quae ſcripta eſt circa

(1) Acta Synodi *pag.* 632.
(2) *Epiſt.* III. §. XXVII. *pag.* 237. *ſeqq.*
(3) Vide Synodi Inſcriptionem *apud Harduin. l. c. pag.* 631.

ca annum CCCLVI (1) honorificam mentionem? Age vero ſubſcriptiones Epiſcoporum Simplicii Auguſtodunenſis (2), & Deſiderii Lingonicae, qui ambo V ſeculo floruere (3), nonne ſatis indicant, eſſe acta Agrippinenſia rejicienda in numerum ſpuriorum? Atque ſi ad haec adverteſſes animum, aſſenſus tu quidem fuiſſes Baronio (4), a quo acta ejuſmodi in Apocryphis numerantur. Quodſi aegre patere, ut ſpuria omnino ſint; fatearis ſaltem neceſſe eſt Euphratis Agrippinenſis Deſiderii, & Simplicii pro aliorum ſimilibus nominibus in ea, librariorum vitio, irrepſiſſe, ut viſum Papebrochio eſt (5), tumque jam aut nulla, aut non magna erit inter nos concertatio. Tenes de Synodo Agrippinenſi quid ſentiam.

At

(1) N. XXI. *T.* I. *Opp. pag.* 355. *ſeqq.*

(2) Vide Galliam Chriſtianam *poſtremae Editionis Tom.* IV. *pag.* 330. & Bollandianos in *vita S. Amatoris ad diem* I. *Maji, & in vita S. Servatii ad d.* XIII *Maji pag.* 210.

(3) Conſule Tillemontium *Tom.* XI. *Monum. Hiſtor. Eccleſ. pag.* 540. *Edit. Pariſ.* Et Galliam Chriſtianam poſtremae Editionis *T.* IV. *pag.* 512. *ſeqq.*

(4) *Ad an.* 346. *num.* VII.

(5) *Ad diem* XIII *Maji pag.* 210.

At noras fortaſſe haec. Quid? tua ne ego, omnia fere non noveram? Nihil autem impedit, quin novum de Epocha Synodi Sardicenſis commentum refelli vulgatis monumentis poſſit.

V. Cognoſce nunc quid ſit de Chronico Hieronymiano cenſendum. Ego, mi Manſi, cum pleroſque manuſcriptos Codices, vetereſque ejus Chronici editiones conſuluiſſem, in eam cogitationem veni, ut quoniam in notis annorum magnam eſſe varietatem perſpexeram, nihil inde colligi arbitrarer poſſe, quod ad illuſtrandam Chronologiam pertineret. Nam cur ei Chronico fiderem, in cujus variis exemplaribus res eadem in diverſos annos rejecta eſſe videretur? Atque ut de Imperatorum annis agam, quibus es mirifice delectatus, reditum ſecundum Athanaſii, quem in editione Pontaci referri cernimus in annum Conſtantii x, hoc eſt in an. Chriſti CCCXLVI (1); alia exemplaria contra, ut Ms. Vaticanum Palatinum n. 867. ſec. XIV alterum item Palatinum Ms. num. 818. ſec. ejuſdem, tertium perinde Palatinum Ms. n. 821. ſec. 15. quartum quoque Ms. Palatinum n. 818.

Hieronymiano Chronico adjunctas recentiore manu eſſe notas annorum cujuſque Imperatoris, ideoque ejus auctoritatem in re Chronologica nihil virium auctoritatemque habere.

(1) Pag. 188.

ſec. 15. & Codex Ms. Reginae Svecorum Vatican. num. 553. ſec. 14. & editio Baſileenſis an. 1529. Antuerpienſis Miraei an. 1608. & Scaligeriana conjiciunt in an. VIII Conſtantii hoc eſt in CCCXLIV Chriſti (1). Chronicon Pontacianum anno 4. Conſtantii, contra vero Codices Palatini 868. 818. 821. & editio Baſileenſis, anno 3, habent, *vario eventu adverſus Francos a Conſtante pugnatum* eſſe. Pontaci perinde editio an. 5. Codices vero iidem, & Baſileenſis atque Scaligeriana editiones referunt an. 4. *perdomitos fuiſſe a Conſtante Gallos*. Sed quid ego haec perſequor, cum nullus fere

(1) Hac nota temporis confirmat Manſ. ſuam de Epocha Synodi Sardicenſis opinionem. Vide num concludi quidquam inde poſſit, cum tanta de ea ipſa ſit in Codicibus Mſs. editiſq; varietas, & diſcrepantia. Vallarſius in Not. ad idem Chronicon *To.* VIII. *Opp. S. Hieron. pag.* 793. *nota f.* cum reditum S. Athanaſii rejiciat in annum Conſtantii X, quod ſequutus Pontacum ſit, tum *laborat*, inquit, *biennii Prochroniſmo Scaliger.* Quid Scaliger? An non Codices Mſs. quos numeravi, & Editiones an. 1529. & 1608. eadem exhibent. Cur ergo id Scaligero vitio datur, quod ceteris editoribus, qui ante floruerant, commune fuit? At Hiſtoria Acephala Anonymi Maffejani. Scilicet dignum patella operculum!

re annus notatus in Pontaciana editione ſit, qui cum tabulis Mſs. Codicum, aliarumque editionum, quas nominavi, conveniat? Quid? quod Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi interitus in Editione Pontaci (1), atque in Codicibus paullo ante nominatis referatur in annum v Conſtantii, hoc eſt in annum Chriſti CCCXLI, cum tamen ante ante CCCXLIX conſtet non fuiſſe Paulum privatum (2) vita? Quotus autem quiſque eſt, qui neſciat Liberium an. CCCLII fuiſſe creatum Pontificem? At ſi editionem Pontaci, & ſi Codices mox indicatos conſulas, comperies rejici eam rem in XII Conſtantii, hoc eſt in CCCXLVIII Chriſti annum (3). Quid dicam de pugna ad Singaram, quam refert in XI Pontacus, cum in IX Conſtantii annum demonſtrarim eſſe (4) rejiciendam? Nam anno XII Imperatoris, Chriſti vero CCCXLVIII Pontacus (5), Codices autem Mſs., quos laudavi an. XI Conſtantii, hoc eſt an. CCCXLVII Chriſti Maximum

(1) *Pag.* 188.
(2) Conſule *Epiſt.* I. *pag.* 45. *ſeqq.*
(3) *Pag.* 189.
(4) Vide *Epiſt.* III. §. II.
(5) *Pag.* 189.

mum Hieroſolymitanum vita functu m fuiſſe referunt, cum perſpicuum teſtatumque ſit in vivis egiſſe hominem, quo tempore Athanaſius, mortuo Gregorio, reverſus in Orientem eſt, quam rem anno CCCXLIX contigiſſe proximis litteris eſt demonſtratum (1). Mitto alia exempla, quae ſane non pauca ſunt, ne tibi creem moleſtiam. Namque haec ſatis eſſe arbitror, ut intelligas jure a me non fuiſſe Hieronymiani Chronici habitam rationem. Atque id equidem eo dico, non quo Hieronymi teſtimonium non faciam, ut debeo plurimi, ut ne poſthac me ſic inducas loquentem, *errat S. Hieronymus*, ſed quo annorum ſeries non a ſancto illo viro, ſed a neſcio quo longe recentiore fuiſſe deſcriptas putem. Ubi enim ille, quid praeſtiterit, narrat, tum quae ab anno XX Conſtantini, ad VI Valentis Conſulatum deſcripta ſunt, ea omnia ſua eſſe teſtatur (2). Jam vero de appoſitis ab ſe anno-

(1) *Epiſt.* III. *pag.* 237.

(2) In *Epiſt. Chronico Euſebiano praefixa*: „ A Conſtantini ſupradicto anno XX uſque „ ad Conſulatum Auguſtorum Valentis VI. & „ Valentiniani iterum totum meum eſt. Quo „ fine contentus, reliquum tempus Juliani, & „ Theodoſii latioris Hiſtoriae ſtylo reſervavi.

norum aut Chriſti, aut Imperatorum notis nullam facit Hieronymus mentionem. Ac in vetuſtiſſimo Codice Vaticano Reginae Svecorum 2077. quem fuiſſe ſeculo VIII ſcriptum cenſeo, annorum ejuſmodi ne veſtigium quidem extat. Jam vero quae addita ab Hieronymo ſunt, initium ab anno XX (1) Conſtantini capiunt, deſinuntque in Conſulatum Valentis ſextum, & Valentiniani iterum (2), qui tamen Conſulatus in Mſs. Palatinis, in uno Reginae, ut etiam in editionibus, quas nominavi, eſt (eorum, ut arbitror, qui annos Imperatorum olympiadaſque notarunt, incuria) praetermiſſus. Quare ſic exiſtimo: Hieronymum regnorum initia accurate notaſſe, ut ex mox laudato Codice plane liquet; brevique complexum eſſe, quae eveniſſent tempore cujuſque Imperatoris, quin annos diſtinxerit, quibus ea omnia contigerunt. Quamobrem non fuiſſe ab eo datam operam, ut

(1) Dominicus Georgius in Apparatu in *Annal. Eccleſiaſt. Baronii p.* 219. Codicem hunc *ſexto* vel *ſeptimo* ſeculo ſcriptum eſſe arbitratur. Lucas Holſtenius *admirandae vetuſtatis Codicem* vocat.

(2) Habetur enim hoc modo *in extremo Chronico*. „ Valente ſexies, & Valentiniano ite„ rum, ſuperatis Romanis Gallis funduntur &c.

ut quaeque res ordine ponerentur. Itaque Pauli Conſtantinopolitani E. G. interitum narravit antequam de reditu Athanaſii ſcriberet. Quodſi ita eſt, dandum eſt ſcilicet, quae argumenta ex appoſitis Hieronymiano Chronico annorum notis concludi ſolent, nullius momenti eſſe. Mitto Chronicon.

Inſcriptionē Synodi Sardicenſis, quā aliqui Codices Iſidorianae Collectionis exhibent, neque eſſe veterem, neque confirmare Manſii de Epocha Synodi Sardicenſis opinionem.

VI. Venio ad *inſcriptionem Concilii Sardicenſis*, quam & *veterem* eſſe dicis, & a me, qui confidenter detraham illuſtribus documentis fidem, neglectam. Hoc enim, qui ex te audit, continuo arbitrabitur inventum abs te aliquod monumentum eſſe quod cum eam inſcriptionem contineat, tum ita ſit antiquum, ut ſin minus Synodi, aequet ſaltem Socratis vetuſtatem. Namque ne in cogitationem quidem cadere cuiquam poteſt, fuiſſe ita animatum te, ut quo me in invidiam raperes, & ponderis alicujus, & vetera (1) eſſe jactares, ea quae eſſent ſeculo IX recentiora. Sed ſive conſulto, ſive errore quodam factum id abs te eſt, oportet tamen ſic tecum agam, ut omnes intelligant & recte, & merito a me ipſo, qui vi-

(1) Vide Manſii *Apologiam* §. XXX. & §. XXII.

virorum doctorum exemplum ſequutus eſsem (1), nullam fuiſse ejus monumenti habitam rationem. Quero igitur quaenam ſit ea vetus inſcriptio. *Vetus inſcriptio Concilii*, inquis, *in Codice Surii & Harduini*. Quid? Unone codice uſi illi ſunt? Nempe in Codicibus voluiſti dicecere. Verum hoc ad rem nihil attinet. At Surius veterem ne eſse uſquam ſcripſit eum (2), quem habuit Codicem? Minime vero, inquis. Quid? Harduinus (3)? Ne is quidem. Quemadmodum ergo tibi hinc exſiſtit *vetus* inſcriptio? Age vero expone, quam *Collectionem* Synodorum Codices illi contineant. Iſidorianam, dices, ſat ſcio. Et audebis, hoc praeſertim tempore, quo tanta in luce eruditorum verſamur (4), Iſidorianas merces, quae antiquiores ſeculo IX eſse non poſsunt, ſuntque plenae ſpuriorum documentorum

(1) Ita enim neque Labbaeus, neque Harduinus, neque alii, qui eam inſcriptionem viderant, in an. 344 Sardicenſem Synodum retulerunt.

(2) Vide Surianam Collectionem *Edit. Colon. an.* 1567. *Tomum* 1. *pag.* 412.

(3) *Pag.* 635. *Collect. Concil. Hard. T.* 1.

(4) Nota, ac pervulgata ſunt, quae viri docti de Iſidorianis mercibus diſputarunt, quare non eſt opus, ut ea referam.

rum, praeferre monumentis, quibus v ſeculo Socrates, atque Sozomenus uſi eſsent? Deinde cenſes ne ab Iſidoro inſcriptum ei Synodo fuiſse *Leontii, & Salluſtii Conſulatum*? Non arbitror. Neque enim te fugiunt, quae ſunt litteris tradita de Codice octingentorum annorum ab Harduino. Paulo enim ante, quam ejus Codicis, quem tibi praeſidio eſse putas, mentionem faceret (1), „ In „ Collectione Iſidori Mercatoris, inquit, „ ex Bibliotheca Collegii Pariſienſis So„ cietatis Jeſu, quae collectio eſt anno„ rum, ut cenſent periti, amplius 800. „ inſcriptio eſt hujuſmodi: *Incipiunt Ti„ tuli Concilii Nicaeni, numero viginti „ Epiſcoporum, qui in Graeco non ha„ bentur, ſed in Latino eſſe inveniuntur „ tantummodo*. „ Illud quoque accedit commodum, quod in altero Codice ejuſdem aetatis, qui ibidem eſt, continetque Dionyſianam Collectionem, Titulus ſit Concilio Sardicenſi inſcriptus, qui habet hoc modo, ut auctor eſt idem ille Harduinus (2), quem tu antiquitatis Inſcriptionis tuae appellas teſtem. „ Canon „ Ni-

(1) *Tom. 1, Concilior. pag. 635.*
(2) Ibidem.

„ Nicaenus, ſive Sardicenſis, qui in Grae-
„ co non habetur. Expoſitus eſt ab Epi-
„ ſcopis XXII. „ Si ergo Iſidori aetate, neque Dionyſiana, neque Iſidoriana Collectio, eam quam velles, praeferebat inſcriptionem, ut Codices hi vetuſtiſſimi duo Mſs. confirmant, quid erat, quod duobus codicibus, quorum tibi non eſt explorata vetuſtas, inſiſtendum eſſe defenderes? Extant praeterea Mſs. codices duo, quos vidi, alter in Vaticana, alter in Caſanatenſi Bibliothecha (1), uterque autem ſcriptus eſt quartodecimo ſeculo, qui eam inſcriptionem exhibeant, & Leontii ac Salluſti Conſulatum. Sed hos ego codices nihil moror. Probo enim antiquiſſimum, qui exhibeat Iſidorianam, ſi tamen ulla eſt Iſidori in hoc genere auctoritas.

Roges fortaſſe, quis in codicibus novis Synodo Sardicenſi iuſcripſerit Conſulatus Leontii, & Salluſtii notam? A me id poſces, qui neſciam? Tibi hoc onus incumbit, ut liberes fidem tuam, ſcriptoremque qui eam addiderit, oſtendas eſſe aut aequalem, aut ſaltem ſupparem Iſidoro. Sed non potes. Nam ſi vis, ut ille ipſe qui addidit inſcriptionem, adjecerit etiam

(1) Codex A. II. 14.

etiam ob ſtuporem, & imperitiam Conſulatum Leontii, & Salluſtii cadere in an. 343. Chriſti, cum revera ceciderit in ſequentem, id facile equidem patiar. Eſt enim veriſimile. Ut autem hoc genere documentorum delectere, per me licet; modo ne alios laceres, qui tibi minime aſſentiantur. Ac velim ita ſtatutum habeas, ἐπιγραφὴν, quae neque in Graecis exemplaribus, neque in Dionyſii Collectione, neque in antiquiſſimo codice Iſidori compareat, quaeque pugnet, cum nota conſulatus, quam codices v ſeculi, quibus uſus eſt Socrates, exhibebant, poni in ſpuriis oportere. Vide nunc uter noſtrum rectius argumenti concludat ſententiam. Mea enim ſic eſt ratio; falſam eſſe illam de Epocha Synodi Sardicenſis ſententiam, quam duorum ſcriptorum veterum, quos Photius laudavit, quam Socratis, quam Sozomeni, quam Liberii Romani Pontificis, qui ea aetate florebat, quam denique Athanaſii, qui Synodo interfuit auctoritate oſtenſum ſit eſſe falſam. Oſtenſum autem horum omnium teſtimoniis eſt, tuam de Synodo Sardicenſi ſententiam eſſe falſam. Falſa eſt igitur. Quid tua? Eſt ea ſic inſtituta, ut perverterit omnia

omnia praecepta non criticorum modo, ſed etiam dialecticorum. Huc autem recidit. Notae annorum, quas neſcio quis, addidit Chronico Hieronymiano; inſcriptio Synodi Sardicenſis, quae neſcio cui tribuenda ſcriptori eſt, qui fuerit Iſidoro Mercatore recentior; Acta ſpuriae Synodi Agrippinenſis; Anonymus Maffejanus, qui octo paginis ſexcenta peccavit, (nam de (1) Theodorito non eſt, cur admodum gloriere) repugnant Socrati, ac Sozomeno ſcriptoribus v ſeculi, quorum eſt auctoritas explorata. Rejicienda eſt igitur Socratis, atque Sozomeni de Epocha Synodi Sardicenſis opinio. Quis autem criticus, aut quis dialecticus ferat ſpuriis, vel corruptis ab ignotis hominibus monumentis, confici quod concluſiſti in Diſſertatione: *His omnibus FIRMUM, & INCONCUSSUM eſſe arbitror Sardicenſe Generale Concilium ex anno* 347. *Coſs. Euſebio, & Rufino, quem hucuſque tenuit, in annum* CCCXLIV *Coſs. Leontio, & Salluſtio transferendum eſſe?*

VII. Deſcendo ad Synodos ceteras, quarum tu perturbaſti Chronologiam. Statuis igitur an. CCCXLI Narciſſum & Marin, S

Manſii obſervationes de Legatione Maris, atque Narciſſi, deque Sy-

(1) Vide Epiſt. III. §. XVII.

nodo Antiochena Arianorum rejici oportere.

rin, eorumque ſocios Arianos novam quamdam Fidei Confeſſionem attuliſſe ad Conſtantem Imperatorem, quam dicerent fuiſſe probatam Antiocheno Concilio. Sumis autem, meminiſſe huius legationis te (1), ut *Epocham certam*

(1) Manſius *Diſſert. pag.* 11. „ Hanc legationem, *inquit*, ideo referendam cenſui, ut „ Epocham certam ſtatuerem Antiocheni ſecundi Concilii, quod poſt triennium ab ea „ legatione celebratum, ex Athanaſio in libro „ de Synodis diſcimus. Sunt tamen, qui cum „ Baronio cenſeant triennium hoc, Athanaſio „ notatum, ex Concilio Antiocheno Dedicationis deducendum eſſe. Quibus ego calculum meum adjicerem, niſi forte cum Pagio „ ſtatuerimus annos tres incompletos triennium hic, ut ſaepe alibi apud veteres appellari. Alioqui enim triennium ab ea legatione Narciſi, & Maris deſumtum ad exitum „ anni CCCXLIV. ad tempus ſcilicet Sardicenſis „ Concilii retraheretur Antiochenum 11. & „ Mediolanenſe Concilium. Satis vero conſtare eruditis arbitror ambo haec poſtrema „ Concilia priora eſſe Sardicenſi tempore; auctoritate poſteriora. Utcumque ſe res habeat „ PLANE CONSTAT Antiochenum hoc Arianorum Concilium ultra annum CCCXLIV „ trahi nequaquam poſſe, adeoque emendandos eſſe Pagium, ceteroſque qui rati Sardicenſe Concilium nonniſi an. 347. conveniſ-

„ ſe

tam Synodi *Antiochenae ſecundae* dares, quam Athanaſius ſcribit in *libro de Synodis* habitam eſſe triennio poſt, quam eſſet ea legatio a Mari ſuſcepta. Ego vero qui primum ſtudioſe conſideraſſem, quae de hac re diſputaras in Diſſertatione, tum nullam non ſolidam argumentationem ſolum, ſed ne probabilem quidem conjecturam abs te eſſe productam cognoſſem, negavi certam Epocham Antiochenae ſecundae Synodi inde te potuiſſe ullam conficere. Id tu aegre ferens, non certum aliquid te, ſed neſcio quid, probabilis ſtatuere voluiſſe reſpondiſti (1). Uſum namque fuiſſe te adverbio *forte*. At hujus adverbii, ubi de Synodi Epocha agitur, in Diſſertatione veſtigium nullum video (2). Quid? an ne illorum quidem, quae ſcripta abs te ſunt, meminiſti? Cur ergo non ante legiſti quae ſcripſeras, quam rurſum appelleres animum ad ſcribendum? Sed fac uſurparis τὸ *forte*. Doce nunc me quemadmodum probabilem Epocham Synodi ſecundae Antiochenae ex legatione Ma-

„ ſe Antiochenum hoc cum Mediolanenſi in-
„ an. 340. promoverunt.

(1) Vide *Append. Num.* 1. *Art.* 2.

(2) *Apolog.* §. xxx.

ris conjici posse arbitrere. *Antiochenum*, inquis, *secundum Concilium Sardicense praecessit*. Optime. Quid tum autem. Celebratum est, addis, Sardicense Concilium anno CCCXLIV. Permitto etiam hoc tibi. Nam expecto quorsum evadat. Anno igitur CCCXLIV paullo ante Sardicense celebratum Antiochenum est. Detur id quoque tuo arbitratu. At triennio ante legati Maris, & Narcissus &c. ad Constantem venerunt posteaquam absoluta est Synodus Dedicationis Antiochena. Pulcre. Itaque conjicienda in annum CCCXLI ea legatio est. Non resisto. Sed nihil agis. Nam ex Synodo Antiochena secunda legationis, non ex legatione Synodi Antiochenae secundae Epocham concludi abs te, confirmarique perspicio. Quamobrem hallucinatus fuisti, cum scriberes: *Hanc legationem idcirco referendam censui ut Epocham certam statuerem Antiocheni Concilii secundi*. Atque illud in memoriam revoces volo, quod admirans dixisti, dum ageres de vitiato abs te argumento meo: *Papae Dialecticam ratiocinationem* (1)!

Verum utcumque, dices, sese res ha-

(1) *Apolog.* §. XXI.

habeat, manebit hoc ſaltem, quod ſi anno CCCXLIV paullo ante Sardicenſe habitum fuit ſecundum Antiochenum Concilium, ſit in an. CCCXLI rejicienda Maris, & Narciſſi legatio. Non nego ſi vera tua eſſet de Epocha Synodi Sardicenſis opinio. Sed cum oſtenſum a me ſit Sardicenſe anno CCCXLVII, & Mediolanenſe an. CCCXLVI celebratum eſſe (1); manebit hoc item, haberi vel ann. CCCXLV, vel ann. CCCXLVI potuiſſe Antiochenum ſecundum Concilium, adeoque etiam ann. CCCXLII, vel CCCXLIII potuiſſe Marim Legatum ad Conſtantem venire. Quare non eſſe *emendandos Pagium, ceteroſque, qui Antiochenum hoc negarunt in annum* CCCXLIV *referri oportere*.

Et quoniam delatus in hunc locum ſum, vide num probare in me poſſis, quae a Pagio aliiſque dicta, fecerunt, ut illi effugere tuam reprehenſionem nequiverint.

Atque ita equidem agam, ut cognoſcas rejici eam rem in an. CCCXLI nullo modo poſſe. Fidei formulam, quam Maris, & Narciſſus Conſtanti obtulerunt, perſcriptam fuiſſe Athanaſius narrat poſt

(1) Epiſt. III. & Initio Epiſt. IV.

menſes aliquot, quam eſt habitum Encaeniorum Concilium (1). Fac id contigerit exeunte an. CCCXLI. Nam cum conceſſum ſit tibi an. CCCXLI circa Auguſtum menſem ad Dedicationis Synodum celebrandam Epiſcopos conveniſſe; ſi poſt menſes aliquot formula illa confeſſioque fidei ſcripta eſt; ſcripta eſt quidem certe non ante Decembrem, aut Novem-

(1) *Lib. de Synodis n. 25. pag. 737.* „ Haec „ cum Antiochiae Encaeniorum tempore fe„ ciſſent, rati ſe nondum perfecte fidem ſuam „ ſcripſiſſe, utpote fluctuanti mente praediti, „ aliud denuo edunt de fide reſcriptum μετὰ „ μικρὰς ὀλίγας poſt paucos menſes; atque mit„ tunt in Gallias Narciſſum, Marin, Theodo„ rum, & Marcum .... Sed quaſi ſe horum „ poeniteret, rurſum poſt tres annos conci„ lium ſuum coegerunt, miſeruntque Eudo„ xium, Martyrium, & Macedonium in Cili„ cia Epiſcopum, cum iiſque alios quoſdam „ in Italiam, qui fidei formulam plurimis con„ ſcriptam deferrent. „ Haec ille; ex quibus etiam ſequitur errare Manſium, qui dicat, ſe facile conſenſurum fuiſſe Baronio ajenti ab Synodo Encaeniorum trium illorum annorum initium ſumi oportere, niſi forte vera ſint, quae Pagius obſervavit, de initio a legatione Maris &c. ducendo. Nam quid eſt illud *niſi forte?* Nonne Athanaſius triennii initium ſumit ab legatione Maris &c.

vembrem menſem ejuſdem anni. Sed ut Legati, qui eam ad Conſtantem deferrent, in Gallias pervenirent, tempore ac ſpatio opus erat. Dabo menſes duos conſumtos ab illis fuiſſe in itinere. Fingere namque brevius intervallum, non licet. Igitur venire ante initium anni CCCXLII in Galliam nequiverunt. Quid? ſi Socratis auctoritate, iiſque etiam, quae proximis litteris obſervata ſunt, diu poſt Paſcha an. CCCXLII, oſtendi poſſit, Legatos illos in Gallias appuliſſe? Narrat enim Socrates Conſtantem certiorem factum de Athanaſii abdicatione, ſcripſiſſe ad Conſtantium fratrem, *ut tres Epiſcopi rationem de Paulo, & Athanaſio reddituri ad ſe mitterentur* (1). Ergo miſſos *Marin & Narciſſum Legatos fuiſſe*, qui ſecum eam formulam ferrent. Abiit autem Athanaſius e Patria an. CCCXLII paullo poſt Paſcha (2). Atque ut ea res cognoſceretur a Conſtante, ut hujus de mittendis proinde Legatis litterae ad Conſtantium deferrentur, utque Legati & pararent ſe, & in Galliam pervenirent, multis menſibus opus fuit. Praeterea, ut

(1) *Lib.* II. *cap.* XVII. *Hiſtoriae Eccleſ.*
(2) *Epiſt. ſuperiore.* §. XII. *pag.* 213. *ſeq.*

cetera mittam, Julius ad Marin, Narciſſum, eorumque ſocios, quaſi Antiochiae eſſent, litteras dedit an. CCCXLIII ut eſt animadverſum Epiſtola ſuperiore (1). Quare cognitum illi non erat ſolviſſe illos ex Oriente, ut in Gallias ad Conſtantem venirent. Fit igitur, ut ann. CCCXLIII eam legationem perfecerint. Nam differri illa in annum ſequentem nequit, propterea quod poſt triennium habita fuerit Antiochena Arianorum (2) ſecunda, ſed ante Mediolanenſe Concilium tamen, quod celebratum fuiſſe, dixi an. CCCXLVI (3).

Concilium Arianorum Philippopolitanum neque CCCXLIV neque CCCXLV anno fuiſſe habitum.

VIII. Ergo Reſtituta Epocha Synodi Sardicenſis, corruant neceſſe eſt omnia, quae dixiſti (4) de celebrato an. CCCXLIV vel CCCXLV Concilio Philippopoli ab Arianis Epiſcopis, qui Sardica abſceſſiſſent. Cum enim initio anni CCCXLVII. habitum fuerit Sardicenſe, ſequitur ut ſi eodem tempore, vel paulo poſt, tamen eodem ipſo anno coactum fuerit Philippopolitianum Concilium.

IX. Quod

(1) §. XIII. *ſeq. pag.* 218. *ſeqq.*

(2) Vide locum mox laudatum Athanaſii *ex lib. de Synodis.*

(3) §. XXIII. *Epiſt.* III.

(4) *Manſ. Diſſert. pag.* 13.

IX. Quod ſcribis (1) de Synodo Carthaginienſi Grati ejus Eccleſiae Epiſcopi opera an. CCCXLVIII congregata, verum eſt. Sed non eſt tuum. Eſt namque novis etiam Hiſtoriae Eccleſiaſticae Scriptoribus obſervatum (2). Itaque non erat cur hiſce verbis, quaſi tuum illud eſſet inventum, uterere: *Si vera ſcriberent recentiores Eccleſiaſticae Hiſtoriae Scriptores*, retrahi illud in antecedentes annos debuiſſe.

Non eſſe primum a Manſio obſervatum, quod ſcribit de celebrato anno CCCXLVIII a Grato Epiſc. Carthaginienſi Concilio.

X. Non nego alteram Synodum Mediolanenſem coactam fuiſſe poſt Sardicenſe Concilium (3). At ea non eſt, cujus meminit Liberius in his, quas ad Conſtantium dedit litteris an. CCCLIV. Neque eſt habita an. CCCXLVII ut viſum eſt tibi. Namque recepit Urſacium, & Valentem, qui reſipuerant, in communionem (4). Hi vero non ante reſipuerunt, quam Athanaſius

Synodum Mediolanenſem, a qua Urſacius & Valens recepti ſunt in in Communionem, non fuiſſe anno CCCXLVII. Sed an. CCCXLIX. celebratam. Ex

(1) Manſ. ibid. (2) A Samuele Baſnagio conjecta haec Synodus Carthaginienſis eſt in an. CCCXLVIII. ut etiam a Pagio.

(3) Vide Manſium *Diſſert. pag.* 15. *ſq.*

(4) Vide Hilarium *Fragm.* II. *pag.* 1196. *Edit. Pariſ. Monach. S. Mauri.* Epiſtolam Synodi Ariminenſis ab Epiſcopis Catholicis ſcriptam *apud Hilariam Frag.* VIII; *& Epiph. Scholaſt. Hiſtor. Tripart. lib.* V. *c.* XXI. *& notam* 6. *Frag.* II. *pag.* 1196. *a Conſtantio adjunctam.*

quaeam. cccxlvii habita eſt, illos qui nondum reſipuerant, non receſſe.

naſius abjiſſet in Patriam (1). Abjit autem an. cccxlix Athanaſius (2). Quare celebrari Synodus illa non potuit ante an. cccxlix. Nam quae biennio ante, hoc eſt an. cccxlvii coacta fuit, ut (3) Photinum haereſeos condemnaret, ea quidem Valentem, & Urſacium non recepit, ut qui nondum reſipuiſſent.

Non poſſe oſtendi Synodum aliquā Romanam fuiſſe cccxlviii. vel cccxlix anno celebratam.

XI. Quod dicis an. cccxlviii, vel ut Pagius cenſet an. cccxlix habitam fuiſſe aliam, neſcio quam, Synodum Romae (4), numquam concedetur tibi, niſi ante ſolveris, quae ſunt contra a Coutantio (5) propoſita argumenta. Nam Antiochenum Concilium Arianorum, quod congregatum ad deponendum Stephanum ejus Urbis Antiſtitem fuit,

(1) Conſule Athanaſii *Hiſtoriam Arianor. ad Monachos n. 26. pag. 359. T. 1. Opp: Et Apologiam ejuſdem contra Arianos n. 58. pag. 176. T. eod.*

(2) Vide ſupra *Epiſt.* III. §. XXIV, *ſq.*

(3) S. Hilarius *Fragm.* II. *pag.* 1296. *Igitur ad tollendum ex Epiſcopatu Photinum, qu ante biennium jam in Mediolanenſi Synodo erat haereticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur Sacerdotes &c.* Vide quae continentur eodem *Frag. n.* 20. *pag.* 1297. *ſq.*

(4) *Diſſert. pag.* 16.

(5) Couſtantius ibid. *not. c. pag.* 1299.

fuit, cujus fraudes arteſque malae deteĉtae fuerant, quo tempore Euphrates a Sardacinenſi Concilio Legatus ad Conſtantium miſſus degebat Antiochiae, ſine obſecro te, ut quem annum CCCXLVIII *hactenus tenuit*, eumdem deinceps obtineat, utque ne transferatur in an. CCCXLV. (1) Non enim an. CCCXLIV ut putaveras, Epiſcopi Sardicam convenerunt.

Hieroſolymitanā Synodū in Cauſſa Athanaſii non an. CCCXLVI. ſed an. CCCXLIX conveniſſe: Alteram vero item Hieroſolymitanam contra Maximum eſſe conjiciendā in ſequentem annum.

XI. Nihil de Hieroſolymitana Synodo dico, quam in an. CCCXLVI retrahendam eſſe exiſtimaſti (2), quod eo ipſo anno rediiſſe Athanaſium in Orientem arbitrarere. Feres enim opinor, ut quoniam anno CCCXLIX Athanaſius rediit (3), ea quoque Synodus eidem ipſi CCCXLIX anno reſtituatur. Atque eſt eadem de Arianorum Hieroſolymitano Concilio (4) ratio, in quo dejecto Maximo, creatus eſt Cyrillus Epiſcopus Heroſolymorum. Cum enim anno CCCXLIX reverſus in Patriam Athanaſius, poſtque coactum Concilium illud fuerit, quemadmodum ipſe quo-

(1) Nam illud retrahit Manſius in *an.* 345. *Diſſert.*

(2) Manſius ibid. *pag.* 17.

(3) Vide *Epiſt.* III. §.

(4) *Manſ. Diſſert. pag.* 17.

quoque fateris (1), fit ita ut in annum CCCXLIX, vel potius CCCL. aut CCCLI sit rejiciendum.

Synodum Sirmienſem, in qua damnatus Photinus eſt ab Orientalibus non an. CCCLVIII, ſed anno CCCLI. alteram cui ſubſcripſit Hoſius an. CCCLVII. vel CCCLVIII. Tertiam an. CCCLIX. fuiſſe habitam.

XIII. De Synodis Sirmienſibus longum eſt dicere. Magna enim qnaeſtio eſt, de qua ſumma eſt doctorum virorum diſſenſione certatum. Sed quoniam ſic hortata eſt ratio, eam ita exponam, nihil ut certo affirmem, negem autem omnia, quae cum diſputata abs te ſint, ut novi aliquid inveniſſe videre re, tum ſunt in iisdem erratis fere, in quibus ea, quae dixiſti de Sardicenſi. Atque haec quidem Manſi tua ſententia eſt. Synodum Sirmienſem (2), quae congregata ad damnandum Photinum eſt, negas rejici in annum CCCLI. poſſe. Non enim moveris Socratis, ac Sozomeni auctoritate, quos aliis in locis oſtenderis minus diligenter fuiſſe verſatos in diſtinguendis temporibus. Addis eorum, quae ipſi de hoc genere argumenti ſcripſerunt, eſſe aliqua & falſa perſpicue, & inter ſe vehementer pugnantia. Narrari enim ab his, Georgium Epiſcopum Alexandrinum ei Synodo adfuiſſe. Hunc tamen ante an-

(1) *Ibid.*
(2) Manſ. *Diſſert. pag. 19. ſqq.*

annum CCCLVI non fuiſſe Epiſcopum. Corrigi eos oportere, qui Hoſium anno CCCLI interfuiſſe putarunt Sirmienſi Concilio. Hoſium poſt annum CCCLV abjiſſe Sirmium exſulatum. Uteris autem Athanaſio auctore. Accedere ad eam rem confirmandam putas Philoſtorgii teſtimonium, qui tradiderit Synodum, cui Hoſius ſubſcripſiſſet, celebratam fuiſſe quo tempore Sirmii Conſtantius verſabatur. Id vero ante an. CCCLVII nequiviſſe contingere. Ammianum Marcellinum, notaſque chronologicas legum, quae exſtant in Codice Theodoſiano, hoc poſcere, ut *ab exitu anni* CCCLVII. *ad Decembrem uſque an.* CCCLVIII Sirmii *plerumque ſubſtiterit* Imperator (1). Eſſe ergo primum Sirmienſe Concilium in annum CCCLVIII. referendum. In hoc fuiſſe Photinum Epiſcopum haereſeos condemnatum. Redis ad Socratem, & Sozomenum. Labi eos defendis quod Photinum cenſeant ſcelerum poenas dediſſe in Synodo habita poſt Sergii & Nigriniani Conſulatum. Confidis autem fore, ut aliquando conſtet *ſaepe ab illis adſcribi falſos*

(2) *Diſſert. pag.* 23. *ſeq.*

ſos Conſules (1). A Conſtantio, ſubdis, Concilium fuiſſe *edictum Sirmium*, ut Orientales quoque Epiſcopi de cauſſa Photini cognoſcerent. Igitur contuliſſe in eam Urbem an. CCCLVII. exeunte Imperatorem ſe, adfuiſſeque Synodo, Socrate, atque Sozomeno teſtibus. Photinum, qui a Patribus vehementer metueret, interpoſuiſſe ad Conſtantium appellationem. Datos fuiſſe judices ab Imperatore, ſuſceptaſque a Baſilio Ancyrano Concilii partes. Victum tandem Photinum, privatumque dignitate fuiſſe. Re ita perfecta conditam fuiſſe priorem Sirmienſem confeſſionem, quam Orthodoxam quidem, nihilque Catholicae Religioni contrarium continentem Patres, ipſeque etiam Liberius ſubſcripſerint. Conceſſum deinceps Epiſcopis eſſe, ut quique Sedes ſuas repeterent. Ergo abjiſſe multos. Manſiſſe interea Sirmii Hoſium, atque Potamium. Hos cum aliis quibuſdam Epiſcopis anno CCCLVIII convenisse in Synodum, edidiſſeque alteram fidei confeſſionem Arianae ſuperſtitionis plenam. Baſilium Ancyranum, cum haec accepiſſet, celebraſſe Ancyrae in

(1) *Ibid. pag.* 24.

in Galatia anno CCCLIX Concilium, damnaſſeque ea, quae ab Hoſio, Potamio, ſociiſque ſcelerum geſta fuerant. Ubi haec acta Ancyrae ſunt, rurſum Sirmii Synodum fuiſſe congregatam, quae tertiam fidei formulam ſcripſerit an. CCCLIX, quo Euſebius, & Hypatius Conſules erant. Poſteaquam haec dixiſti „ tum hac, „ inquis, fideli totius rei geſtae expo„ ſitione, facile intelligent eruditi viri, „ quam multa ſint, quae Pagius, Tille„ montius, Petavius, Baſnagius prae„ ter ſcopum ad evertendam noſtram „ chronologiam jactarunt (1).

Ego vero neſcio qui tandem tam multa turbare Pagius, Petaviuſque potuerint, ut Manſianam Chronologiam everterent, quae nemini umquam in mentem veniſſet, ut quae veteribus monumentis, quibus confirmaretur, careret. Ex qua re etiam fit, ut nullo modo intelligam cur *fidelis ea expoſitio* appelletur, cujus in veterum libris ne veſtigium quidem cernere liceat. Sed ad rem. Negas igitur veram eſſe de Synodo Sirmienſi celebrata an. CCCLI (2) opinionem

(1) Manſius Diſſert. *pag.* 26.
(2) Manſ. Diſſert. *pag.* 26.

nem Pagii, Petavii, Tillemontii, aliorumque principum hujus aetatis Chronologorum. Non enim te movet Socratis, ac Sozomeni auctoritas, qui coactam illam fuisse ferunt *post Consulatum Sergii, & Nigriniani* (1), in qua Photinus est haereseos condemnatus, privatusque ea, quam obtinebat in Ecclesia, dignitate. Sed fuerunt, qui vehementer commoverentur, quod factum id abs te esse sine ratione cognoscerent. Atqui, inquis, lapsi (2) illi duo in hoc genere saepe fuerunt. Itane vero? Quibus id documentis ostendes? Constabit (3) dices *infra ex Consulatu, cui obitum S. Athanasii assignant*. Quid est hoc *infra*? Ego enim *infra*, unde id mihi constet, nusquam esse abs te quidquam simile dictum video. Est autem magna, ut nosti de anno, quo Athanasius decesserit inter doctos viros dissensio (4). Fuerunt

(1) Socr. Lib. II. c. XXIX. & Sozomenus *Lib.* IV. *H. E. c.* VI.

(2) Mans. Dissert. *pag.* 24.

(3) Ibidem.

(4) Vide Epist. I. *pag.* 131. *nota* 2. Graves etiam de hac re fuerunt inter Philippum a Turre, & Justum Fontaninum eruditissimos viros

runt namque, qui etiam poſt Pagium, Socrati ac Sozomeno de ea re diſſerentibus mallent, quam alii cuiquam accedere. At enim ſit ut vis. Erraverint. Non reſiſto. Sed exemplum unum ſatis eſſe non poteſt, ut eos inſectere, quaſi ſemper in Conſulibus indicandis peccaverint. Nam quod alio loco ſcribis (1), liquere id quoque ex iis, quae animadverſti cum ageres de Sardicenſi Concilio, cave ne joculare ſit. Ac ſunt qui jocari te ac ludere cenſeant, quod ita te ipſum verſes, ut *circulo*, quod ajunt, utare. Etenim dum loqueris de Sardicenſi, id te alio loco oſtenſurum promittis (2); contra ubi de Sirmienſi, ais eſſe idipſum abs te, cum de Sardicenſi diſſereres, demonſtratum (3). Quid

T eſt

ros contentiones, quorum lucubrationes Mſs. extant in celeberrima Bibliotheca Renati Cardinalis Imperialis: quam rem mihi ſumma, ut ſolet, humanitate communicavit Conſtantinus Ruggerius ei Bibliothecae Praefectus vir incredibili eruditione, & amicus meus.

(1) Manſ. *Diſſert. pag.* 24.

(2) Idem ibid. *pag.* 7. *Quin, & raro contingere*, inquit, *quin errent in Conſulatibus, ex his quae inferius diſſeremus facile reſultabit.*

(3) Manſ. ibid. *pag.* 24.

eſt autem, niſi haec perpetua converſio eſt? Habeo, inquis, patronos (1), qui me defendant (2), Baronium & Sirmondum (3). Mane quaeſo te. Baronius enim erraſſe Socratem, ac Sozomenum, cum de hoc anno poſt Conſulatum Sergii & Nigriniani ſcriberent, affirmat in eo quem indicas loco; erraſſe autem ſaepe, non affirmat. Quod ipſum eſt de Sirmondo dicendum. Quid? quod injuria Tillemontium, & Valeſium tibi in ſubſidium voces? Annon Tillemontius Petavium & conſectatur (4) loquens de Epocha Sirmienſi, & minime reprehendit (5) ajentem (6) numquam Socra-

(1) Ibid.

(2) Baronium citat, quaſi ad an. CCCLVII. ſic ſcripſerit.

(3) Laudat Sirmondi Diſſertat. duas de Synod. Sirmienſib.

(4) *Not.* XLI. *Sur les Ariens Tom.* IV. *Monum. Hiſt. Eccl.*

(5) *Tillemont.* ibid. *pag.* 766. *Edit. Pariſ. Les Conſuls de cette annèe marquez par Socrate, qui ne ſe trompe jamais en cela, dit le Pere Petau, ſont une preuve &c.*

(6) Petav. *Diſſert. de Photino haeretico &c. Cap.* II. *pag.* 550. *T.* IV. *Opp. Sirmondi Edition. Pariſ.* Socrates, inquit, *numquam temere, aut falſo notas illas Conſulatuum adhibet.*

Socratem ac Sozomenum in consulibus indicandis lapsos fuisse? Valesio (1) autem nonne vehementer probata est Petavii de Epocha eadem sententia? Ego, inquies, haec & agnosco, & fateor, sed est a duobus illis criticis observatum, Socratem ac Sozomenum minus fuisse in distinguendis temporibus accuratos. Non equidem quaero, mi Mansi, de distinctione temporum. Nunc enim de *Consulatuum* notis est inter nos ambos contentio.

Hinc ut expedias te, utque efficias anno CCCLI haberi Synodum Sirmiensem contra Photinum haereticum nequivisse, abuteris duorum illorum, quos *graeculos* appellasti, historicorum auctoritate, miscesque omnia quae acta in Synodo contra Photinum sunt, cum iis quae gesta ab Hosio Sirmii fuerunt, etsi ea temporibus diversis contigerint. Ordire autem hoc modo. Concilium, inquis, cui Hosius interfuit, anno CCCLI non potuit celebrari (2). Sapienter id quidem. Nemo enim hoc, ut opinor, negaverit.

(1) In Notis ad *Cap.* XXIX. & XXX. *Lib.* II. *H. E. Socratis*.

(2) Mansius *Dissert. pag.* 20. *seqq.*

Conveniunt, ſumis Socrates ac Sozomenus, ut qui Georgium Alexandrinum Hoſiano illi adfuiſſe narrent (1), quem conſtat ante annum CCCLVI non fuiſſe Epiſcopum ordinatum. Quid ad rem? Atque etiam Athanaſius (2), inquis. Vis quidem haec eſt. Non enim hoc revocatur in controverſiam. Quid? ais, ſi Philoſtorgius (3) quoque aſſentiatur? Deſine, obſecro te, me de re quam non negem, obtundere. Ergo, concludis, an. CCCLVIII celebratum eſt Concilium Sirmienſe I, in quo eſt Photinus haereſcos condemnatus. Nam ei Concilio interfuerunt Hoſius, & Georgius Alexandrinus, ut Socrates ac Sozomenus tradiderunt. Georgius autem Sirmium ante an. CCCLVIII non venit, ut colligi facile ex Anonymo Maffejano poteſt.

Antequam ad hoc refellendum me conferam quod concludis, patere, ut paucis explicem, quid Chronologi (4) qui-

(1) Socrates ac Sozomenus locis mox indicatis,

(2) In Hiſtor. *Arianor. ad Monachos n.* 42. *pag.* 364.

(3) Vide Manſ. *Diſſert. pag.* 22.

(4) Petavius l. c. Valeſius ibid. & alii quos paullo poſt numerabo.

quidam exiſtiment, quorum tu, ut novi neſcio quid tentares, aggreſſus es oppugnare ſententiam. Itaque tres (1) imprimis Sirmienſes Synodi numerandae ſunt. Prior Orientalium Epiſcoporum, contra Photinum anno CCCLI. Altera an. CCCLVII, in qua fuit conſcripta Hoſii Potamiique blaſphemia. Tertia an. CCCLIX, in qua edita formula fidei eſt, quam dictavit Marcus Arethuſius, & quae praeferebat Euſebii, atque Hypatii Conſulatum (2). Hae Synodi omnes confuſae a Socrate, atque a Sozomeno ſunt. Cum enim inſcriptionem prioris Synodi, quae indicaret fuiſſe eam habitam poſt Sergii & Nigriniani conſulatum, legiſſent; putarunt eas etiam, quae poſt ſequerentur, Synodos eodem anno fuiſſe celebratas, quin animadverterint conſulatus notam, quae eſſet initio formulae a Marco Arethuſio dictatae, ſcripta. Cur enim eam conſulatus notam dediſſent, ſi in Codicibus, qui Synodorum hiſtoriam

(1) *Imprimis* dico, propterea quod, ut paullo poſt conſtabit Petavius, & Couſtantius an. CCCXLIX. aliam Synodum Sirmii ab Occidentalibus aliquot celebratam fuiſſe defendant.

(2) Vide eam apud Socratem. *Lib.* II. *H.E. Cap.* XXXVII. *Edit. Valeſ.*

continerent, nequaquam legiſſent? Haec ego nunc Chronologorum oracula fundo; vera, an falſa neſcio, ſed veri tamen ſimiliora, quam tua. Iſta igitur de Hoſio, & Georgio, in Concilium anno CCCLVII, vel CCCLVIII habitum cadunt; in aliud quod an. CCCLI coactum eſt contra Photinum, non cadunt.

Quod ut oſtendam, praetermittam de Concilio Sirmienſi dicere, quod paullo poſt Sardicenſe, vivo Conſtante, celebratum eſſe (1) Petavius, & (2) Couſtantius arbitrantur; non enim pertinet ad inſtitutum; veniamque ad illud, quod actum fuiſſe dixi an. CCCLI poſt Sergii & Nigriniani conſulatum. Habitum autem hoc eſt, cum Sirmium in Conſtantii ditionem atque imperium cecidiſſet (3). Cumque Photinus

(1) Petavius *Diſſert. 1. de Photino haeretico ejuſque damnatione Cap. 1. pag. 545. T. IV. Opp. Sirmondi Edit. Pariſ*

(2) Couſtantius *in Notis ad Fragmentum II. Hilarii nota b. & nota c. pag. 1299. ſeq. Operum S. Hilarii. Edit. Paris Monachor. Sancti Mauri.*

(3) Non enim coacta fuiſſet ea ſub Conſtantio,

tinus ad Imperatorem provocaſſet, obtinuit, ut ſibi cum Baſilio Ancyrano Epiſcopo de ſua fide diſceptare liceret (1). Itaque dati ab Conſtantio judices fuerunt, qui diſputationi intereſſent. Atqui Sirmium non venit ante VIII. Kal. Januarias, hoc eſt exitum an. CCCL in Conſtantii poteſtatem. Eo enim anno ac die in ordinem redegit Conſtantius (2) Vetranionem. Igitur Synodus haec Sirmienſis contra Photinum ea eſſe non poteſt, quam anno CCCXLIX celebratam fuiſſe ferunt Petavius (3), & Couſtantius (4). Quid? Si ne ea quidem, cui Hoſius & Georgius Alexandrinus interfuerunt?

tio, niſi is Sirmio potitus fuiſſet, neque judices diſputationis inter Baſilium, & Photinum dediſſet; ut memoriae traditum eſt a Socrate *L.* II. *c.* XXX. & ab Epiphanio *Haereſi* LXXI. *quae eſt Photinianorum T.* I. *Opp. pag.* 829. *Edition. Pariſ. an.* 1622.

(1) Vide Epiphanium, & Socratem locis mox indicatis.

(2) Ut poſt Gothofredum in *Chronologia Legum Theodoſ. ad an.* 351. oſtendunt Pagius *ad an.* CCCLI. *n.* 2. Spanhemius &c.

(3) Diſſ. de *Photino*, *& Synodo Sirmienſ.*

(4) *Not.* b. *& d. in* II. *Hilar. Frag. pag.* 1299. *ſeq.* & Spanhemius *pag.* 216. *obſervation. in Juliani Orationem* I.

Namque hanc cui Hoſius adfuit facile, concedam, ut in annum CCCLVII vel CCCLVIII referatur, quod id poſcant Athanaſii, & Philoſtorgii teſtimonia, quae abs te ſunt allata (1), eaque etiam quae ab (2) aliis adduci ſolent. Atqui inter judices, qui dati a Conſtantio erant, *Thalaſſius* (4) unus fuit. Is vero interiit anno CCCLIII Conſtantio Auguſto IV & Gallo Caeſare II. Coſs. Si autem objit anno CCCLIII (4), intereſſe Synodo, in qua Hoſius fuit, qui poterat an. CCCLVIII? Interfuit vero diſputationi, in qua partes Synodi, quae condemnavit Photinum ſuſceptae a Baſilio Ancyrano ſunt (5). Fit ergo ut haec Synodus habita ante an. CCCLIII. fuerit, neque ſit eadem atque illa, cui adfuit Hoſius.

At

(1) *Manſ. pag.* 20. *ſeq. Diſſertat.*

(2) A *Baronio ad an.* CCCLVII. & Sirmondo in I. *&* II. *Diatriba Sirmitana*.

(3) Conſule Epiphanium l.c. Hunc vero Thalaſſium non alium, quam illum a Zoſimo *Lib.* II. *& Ammian. lib.* XIV. *cap.* VII. *pag.* 33. nominatum, qui dignitate, & gratia apud Conſtantium plurimum poterat, fuiſſe puto: quia quaſi ceteris judicibus antecelleret, priore loco ab Epiphanio memoratur.

(4) Vide Ammianum loco mox indicato.

(5) *Epiphan.* ibid.

At is Thalaſſius, dices, alius quiſpiam fortaſſe fuit, non ille, qui an. CCCLIII deceſſit. Verum judices a Conſtantio dati viri fuerunt praeſtantes & exiſtimatione & dignitate. Erat vero ejuſmodi *Thalaſſius* ille, quem an. CCCLIII objiſſe Marcellinus ſcribit: ceteri Thalaſſii, quod ſciamus, non erant. Parvi refert, inquies. Nam eſt etiam a Tillemontio animadverſum fuiſſe an. CCCLVII. alium *Thalaſſium* neſcio quem (1). Sed oſtendendum eſt hunc magna & auctoritate, & exiſtimatione fuiſſe. Atenim permitto, quod eſt de Thalaſſio.

Quid autem illud? Concilium in quo damnatus Photinus eſt a ſolis Orientalibus celebratum fuit. Cur autem Occidentales in illud non venerunt? Nam erat potior ratio, ut in Illiricum Occidentales, quam Orientales ſeſe conferrent. Aliam quidem certe ejus rei cauſſam comminiſci non poteris, niſi quod reliquus Occidens Conſtantio non pareret, ut qui Occidens ſub Magnentii (2) imperium

(1) *Nota* XLI. *in Hiſtor. Arian. T.* VI. *Monum. H. E.*

(2) Conſule Hilarium *libro de Synodis pag.* 1174.

rium cecidiſſet. Anno vero CCCLIII Magnentius periit(1). Quamobrem Synodus contra Photinum ante annum CCCLIII coacta fuit, eademque eſse nequit atque illa, quam dicere poſſumus Hoſianam.

Age vero Germinius nonne ante CCCLVI annum renunciatus Epiſcopus Sirmienſis fuit? Id enim ex Athanaſii teſtimonio colligi facile poſſe(2) videtur. Germinius

1174. *Edit. Pariſ. Monachor. S. Mauri* & Vigilium Tapſenſem *contra Eutichen l.* v. *n.* 3.

(1) Conſulantur Pagius *ad an.* CCCLIII. Spanhemius *ad Orat.* I. *Juliani & alii Annalium, Hiſtoriaeque Eccleſiaſticae Scriptores.*

(2) S. Athanaſ. *Hiſt. Arianor. ad Monachos n.* 75. *pag.* 389. *T.* I. *Opp.* de Conſtantio loquens Gregorium, inquit „ex Cappadocia „miſit Alexandriam: ita Germinium Cyzico „Sirmium tranſmiſit: ſic Cecropium Laodicea „Nicomediam: Auxentium vero quemdam „litigatorem magis, quam Chriſtianum ex „Cappadocia Mediolanum tranſmiſit ... Nunc „autem Georgium quemdam Cappadocem ... „juſſit cum militari pompa ... Alexandriam „ingredi. „ Nemo autem ignorat an. CCCXLI Gregorium renunciatum fuiſſe Alexandrinum. Cecropium vero translatum an. CCCLI in Sedem Nicomedienſem putant eruditi viri Valeſius in *Not. ad Socr. l.* II. *cap.* XXX. Lequien *Chriſt. Orientis T.* I. *pag.* 386. Pagius ad an. CCCLI. Autenten-

nius autem non ante dictus Episcopus Sirmiensis est, quam esset Photinus de Sede ab Synodo deturbatus. Quamobrem Synodus contra Photinum ante annum CCCLVI coacta est, discrepatque ab Hosiana.

Dices fortasse, non fuisse ab Athanasio habitam, in referenda electione Germinii, temporum rationem. Sed si habuit rationem temporum cum de *electionibus Gregorii*, *Cecropii*, *Auxentii*, & *Georgii* ageret, cur non habuit eodem, loco agens de Germinio dicto Episcopo Sirmiensi?

Praeterea Germinius numeratur inter Episcopos, qui anno CCCLV Mediolanensem Synodum celebrarunt (1). Atque cum nulla ratio sit, cur illi non fuerint

xentium autem Mediolanensem dictum anno CCCLV. Quod si ordine processit Athanasius, intelligi facile potest, ante Cecropii translationem, fuisse Germinium Cyzico accitum Sirmium ab Imperatore. Neque nobis vitio dare Mansius poterit, quod ex serie rerum scriptarum ab Athanasio conjiciamus Germinium factum Episcopum Sirmiensium ante Georgii, & Auxentii ordinationem fuisse; cum ipse quoque simili argumento utatur *pag.* 20. *seq. Dissert.* ubi de lapsu Liberii, & Hosii exilio differit.

(1) Consule Epist. Synodi apud Baronium ad *an.* 355. *n.* VI.

rint fere omnes Occidentales, in eam inducor opinionem, ut eo tempore non Cyzicenum Germinium, ſed Sirmienſem Epiſcopum fuiſſe putem. Tu vero contra exiſtimas, propterea quod aegre feras, ut quam animo concoepiſti, ea falſa eſſe videatur ſententia.

Quid? Si Theodorus Heracleenſis an. CCCLV in vivis non erat, cum accitus Liberius Mediolanum eſt (1) a Conſtantio? Atqui ille Sirmienſi Concilio, in quo damnatus Photinus eſt, non interfuit modo, ſed fere etiam praefuit (2). Negas tu quidem Theodorum, cujus fit ab Hilario mentio, eumdem atque Heracleenſem eſſe. Sed ſi hic non fuit, quem poſt Euſebios Arianae ſuperſtitionis ſigniferum fuiſſe conſtat, quis tandem alius Theodorus tanta auctoritate fuit, ut inter auctores prioris Sirmienſis formulae numeraretur (3)? Rur-

(1) Vide Theodoritum *L.* II. *cap.* XVI. Non negat id Manſius *Diſſert. pag.* 27.

(2) *Hilar. frag.* VI. *pag.* 1337. *Edit. Pariſ. Monach. S. Mauri*. Eo autem dixi praefuiſſe illum pene Concilio, quod ipſe ſecundo loco inter eos ab Hilario numeretur, qui fidei formulam contra Photinum conſcripſerunt.

(3) Atque Hilarius quidem *Frag.* II; *n.* 7. inter

Rurſum Sulpicius Severus damnatum a Synodo Syrmienſi fuiſſe (1) ſcribit Phonum antequam Liberius, & Hilarius Pictavienſis in exilium abjiſſent. Abierunt autem illi in exilium ante an. CCCLVII (2). Igitur ante an. CCCLVII damnatus fuit Photinus a Sirmienſi Concilio. Non ergo idem hoc fuit atque illud, cui Hoſius interfuerat.

Poſtremo S. Epiphanius Acta diſputationis Baſilii & Photini relata in tabulas fuiſſe ſcribit a Callicrate *exceptore* Rufini Praefecti (3). Erat tum igitur Rufinus Prae-

inter Arianorum ſigniferos, poſt Euſebios Caeſarienſ. & Nicomedienſ. nominat Narciſsum, & Theodorum Heraclae. Et *Lib. 1. ad Conſtantium Auguſtum pag.* 1220. *poſt Euſebios*, conjungit rurſum *Narciſſum* & *Theodorum*. Cum igitur *Frag.* VI *pag.* 1237. perinde Theodorum cum Narciſſo conjungat, ubi de primae Synodi Sirmienſis formula differit, conſequens eſſe videtur, loqui Hilarium de eodem Theodoro Heracleenſi, non non vero de alio quopiam aut Theodoro aut Theodoſio, contra atque ſuſpicatus eſt Manſius.

(1) *Lib.* II. *Hiſt. pag.* 162. *T.* IV. *Opp. Sigonii Edit. Mediol.*

(2) *Sulp. Sever Lib.* II. *pag.* 166.: Arbitione, & Lolliano *Coſs.* pulſum in exilium fuiſſe ſcribit Liberium, hoc eſt an. CCCLV. Couſtantius in Vita Hilarii pulſum hunc item Hilarium in exilium fuiſſe oſtendit. Anno CCCLVI.

(6) Loco ſupra indicato.

Praefectus Illirico. Atqui an. CCCLIV deſiit eam gerere praefecturam (1). Acta igitur diſputatio, adeoque etiam Prior Synodus Sirmienſis ante an. CCCLIII fuit.

At haec repellere, inquies, nihil negotii eſt. Nam primum, quod erat de Orientalibus, qui ſoli in Sirmienſem priorem Synodum concurrerunt, ſolvi perfacile poteſt. Non enim (2) erat neceſſe ut Occidentales Sirmium accederent, qui in duabus Synodis Photinum ante condemnaviſſent. Eſt alterum de Germinio generis ejuſdem. Adfuit enim an. CCCLV Mediolanenſi Concilio, ut Cyzicenus, non ut Sirmienſis Epiſcopus. Neque tertio de Theodoro Heracleenſi ulla vis ineſt, Theodorum quippe Hilarius nominat, Heraclenſem non nominat. Quare ariolatur, qui Theodorum hunc putet ab Heracleenſi minime diſcrepare. Quid enim impedit, quin is Thraciae Antiſtes fuerit, cujus fit Lib. Quarto Hiſtoriae ab Sozomeno mentio? Immo vero pro *Theodoro* legendum fortaſſe

(1) Nam *an.* CCCLIV. erat *Praef. Gall.* ut conjicitur ex Ammian. *L.* XIV. *cap.* X. *pag.* 48.

(2) Manſ. Diſſert. *pag.* 26. *ſeq.*

taſſe in Codicibus Hilarii, *Theodoſio*, vel *Theodulo* eſt. Etenim ſolent hae nominum immutationes in Codices irrepere, vitio erroreque librariorum. Ad Rufinum quod attinet, negas principio non fuiſſe illum an. CCCLVIII Perfectum Illico. Deinde quamquam id dares, tamen teſtimonium Epiphanii explicari poſſe de Rufino contendis, qui gereret non Illirici, ſed aliam quampiam praefecturam. Reliqua argumenta autem nihil morare.

Non placet, mi Manſi, quod abs te de Occidentalibus, qui Sirmium non venerint, dictum eſt. Nam etſi duo Concilia celebraverant contra Photinum, non video, cur non debuerint ad tertium (1), quod magnum, & in quo de

(1) Nam Manſius concedit duo Concilia fuiſſe ab Occidentalibus contra Photinum celebrata. Tertium addit Petavius in *Diſſert. de Photin.* quaſi fuerit a Catholicis celebratū. Non negat hoc tertium Couſtantius, ſed Catholicorum fuiſſe inficiatur. Vide *Adnot. Couſtantii in Frag.* II. *S. Hilar. pag.* 1299. *not. b. & c.* Quod ſi tertium convenerant Occidentales, quin potuerint de ſede deturbare Photinum, non video cur quartum convenire noluerint, ſi gratia poteſtateque Imperatoris ſperaſſent fore, ut pelleretur haereſiarcha ex Eccleſia Sirmienſi.

de (1) pellendo ex ſede haereſiarcha agendum erat, accedere. Deinde ridiculum eſt, bona venia me audies, eam unam ob cauſſam ab onere ter, quaterve veniendi in Synodum Occidentis Epiſcopos liberare. Nam dum Conſtantius vixit, id crat conſuetum, ut ſaepe Concilia celebrarentur, quibus iidem Epiſcopi ut de re eadem cognoſcerent, intereſſent (2). Ac ſi Hoſius, & Potamius Occidentales Sirmium (quae tua eſt ſententia (3)) ad Concilium venire coacti ſunt, cur non item ceteri Occidentales? An hi venerunt, ut ſubſcribere Arianorum ſententiis cogerentur? Quare ergo reliqui Occidentales, qui ita ut Hoſius Arianis reſtiterant, accerſiti Sirmium a Conſtantio non fuerunt? De Germinio, quod ſcribis, adfuiſſe Synodo Mediolanenſi an. CCCLV ut Cyzicenum, non ut Sirmienſem Epiſcopum, commenticium eſt, velut

(2) Maximo numero Epiſcopos ad hanc Synodum concurriſſe concedit Manſius *Diſſert. pag.* 24.

(3) Nemo neſcit ſaepiſſime convocatos Patres fuiſſe, Conſtantio imperante, ut E. G. Arianam haereſim amplecterentur, & Athanaſium condemnarent.

(4) *Manſ. Diſſert. pag.* 25.

lut eſt a me paulo ante, cum de hac re agerem, obſervatum. Mitto quod eſt de Theodoro; nam & refutatum eſt ſupra, & ſi introducatur iſta tua de librariis ſentiendi ratio, nullum dubium eſt, quin res in hiſtoria nulla ſit, quae ſi nobis negotium exhibeat, aut declinari, aut ſuperari non poſſit. Dicemus enim vitio librarii pro *Theodoſio* ſcriptum *Theodoro* fuiſſe, itaque ſumma erit in Hiſtoria rerum omnium perturbatio. Ad Rufinum quod attinet, ſic habeto: fuiſſe eum Praefectum Illirico an. CCCXLIX, & CCCLII, ac proinde etiam CCCLI (1). Praefectum autem Illirico an. CCCLIV eſſe deſiiſſe (2). Nam erat eo anno in Galliis Praefectus Praetorio. Recte autem conjiciunt Pagius, & ante illum Valeſius, Anatolium (3), qui in Illirico an. CCCLIX Praefectus Prae-

(1) Non negat Manſius *pag.27.ſeq. Diſſert.* Conſule Gothofredum *Chronol. Leg. Cod. Theod. ad an.* CCCXLIX. & CCCLII.

(2) Vide ſupra *pag.*301.

(3) Praefectum Praetorio in Illirico an. CCCLIX fuiſſe Anatolium tradit Ammianus Marcellin. *l.*XIX. *c.*XI. Itaque ſentiunt Gothofredus in Proſopographia Codicis Theodoſiani *T. Extremo* ad *v. Anatolius*. Pagius ad *an.*CCCLI. *num.*X. & Valeſius *ad lib.* II. *Hiſt. Socr. cap.*XXX.

torio esset, gessisse quoque eam anno CCCLVIII Praefecturam. Namque Marcellinus ad an. CCCLIX, quo loco disserit de rebus gestis etiam anno superiore, ait fuisse tunc Praefectum Praetorio Anatolium. At Praefecti, inquis, nomine Praefecti etiam Urbi appellabantur. Quid ad rem? Ostendito *Rufinum* alium fuisse praeter eum, quem dixi, qui Praefectus Urbi esset, tumque a me extorquebis assensionem. Sed etiam si absens Rufinus esset, aliamque gessisset Praefecturam, tamen Callicrates Exceptor Rufini Praefecti dici commode poterat? Ain' vero? *Rufini* ne Praefecti, sine adjuncto aliquo, feciſſet Epiphanius de rebus in Illirico gestis disputans mentionem? Sane quidem cognoscere debebat, Illirico Praefectum designari, si de rebus actis in Illirico quisquam loquatur, & Praefectum nominet sine adjuncto. Verumtamen haec omnia tibi erant vorânda, ne ejurare, quam eras amplexus, sententiam cogerere. Ego autem aemulabor studia tua, concedamque de alio Theodoro Hilarium, de alio Rufino Epiphanium, de Germinio Cyzici tum Episcopo &c. Theodoritum loqui, modo momento aliquo gravi effeceris recedendum

dum esse a communi (1) opinione. Sed quam metuo ne sit difficile! Nam quod dicis (2), tua *fideli totius rei gestae expositione facile intellecturos eruditos, quam multa Pagius*, & alii *praeter scopum jactarint*, non probabitur, ut existimo, his, qui & sunt, & vocari merito eruditi solent. Est enim tota illa *expositio*, si sermo sit de Chronologia, conficta tuo arbitratu. Sed Socrates ac Sozomenus, inquies, Georgium ad eam Synodum ve-

 nisse

(1) Communem opinionem dico, quod eam post Petavium Dissert. I. & II. *De Photino, & Synodis Sirmiensibus*, & in *Notis ad Epiphanium pag.* 307. *seq.* summa consensione probarint Valesius *loc. cit.* Pagius *loc. cit.* Coustantius *loc. cit.* Natalis Alexander *Histor. Ecclesiasticae Seculi IV. Dissertat.* XXXI. Tillemontius *loc. cit.* Hermantius *lib.* VI. *Vitae S. Athanasii cap.* XXI. cum quibus componi facile potest Petrus de Marca *in Dissert. de Temp. Synodi Sirm. Plenar.* & ex Haereticis Johannes Dorscheus *ad Concilium Sirmiense*, Thomas Ittigius *Dissert.* VI. *Hist. Photini*, in *calce Operis de Haeresiarchis num.* 37. *pag.* 453. Conradus Samuel Schurtzfleischius *Dissert.* XXXV. *Disputationum Historico Civilium*, Johannes Albertus Fabricius *T.* VIII. *Biblioth. Graecae pag.* 315. & Johannes Franciscus Buddaeus in *Appar. ad Theol. pag.* 456. *Edit. an.* 1727.

(2) *Dissert. pag.* 26.

nisse scribunt. Verum id quidem est. Atqui, ut ipse quoque animadvertis, iidem illi post Consulatum Sergii, & Nigriniani, hoc est anno CCCLI coactam eam contra Photinum fuisse narrant (1), cui profecto interesse Georgius Episcopus Alexandriae non poterat. Quamobrem cum Socratis, Sozomenique auctoritate nihil queas efficere, careasque non monumentis modo, sed etiam conjecturis, quibus probabilem reddas opinionem tuam de celebrato an. CCCLVIII contra Photinum concilio; agnoscas necesse est esse abs te injuria reprobatam communem de ea re, ac pervulgatam opinionem (2).

Nunc ut omnes intelligant, quam accurate utaris ratione tua, proponam paucis argumentum, quo conatus es Sirmiensis contra Photinum actae ab Orientalibus Synodi Epocham suo loco movere, transferreque in annum CCCLIII. Huc vero illud recidit. Concilium cui interfuit Hosius post ubi accitus (3) Sirmium a Constantio fuit, haberi non potuit anno CCCLI. In eo autem Concilio damnatus Photinus est.

(1) Mans. *Dissert. pag.* 25.
(2) Vide supra *Pag.* 307. *Not.* 1.
(3) Mans. *Dissert. pag.* 24. *seqq.*

eſt. Concilium igitur, quod damnavit Photinum non eſt an. CCCLI celebratum. Efficis quod primo loco dixiſti, hoc modo: Concilium cui Hoſius interfuit &c. habitum poſt an. CCCLV eſt, quo tempore *longam moram* in Urbe Sirmio Conſtantius *traxit* (1). *Subſtitit* vero *plerumque* Conſtantius Sirmii ab exitu anni CCCLVII uſque ad Decembrem an. CCCLVIII. Ergo vel CCCLVII, vel CCCLVIII habitum illud concilium eſt. Atqui ei interfuit Georgius, quae res evenire ante *inclinantem annum* CCCLVIII non potuit, ut colligere ex Anonymo Maffejano licet. Quare an. CCCLVIII. *inclinante* coactum eſt celebratumque Concilium, cui interfuit Hoſius. Non igitur an. CCCLI. Atque hoc pacto probata *majore*, quam vocant, propoſitione, de qua nolo tecum contendere; quamquam eſt mihi Anonymi fides ſuſpecta; neque video, cur rejici Baronii ſententia debeat, quae fert eam Synodum fuiſſe an. CCCLVII celebratam: Hoc pacto, inquam, probata *majore propoſitione*, deſcendis ad illud quod aſſumſeras, nempe ad *minorem*: Nam licet quandoque Scholaſticorum voces, ne obſcuri videamur

 eſſe,

(1) Manſ. *ibid.*

esse, usu conterere. Sic autem agis. Socrates, ac Sozomenus tradunt eadem in Synodo & Hosium praesentem, & damnatum fuisse Photinum. Sed cum iidem narrent an. CCCLI id contigisse, alterutrum verum sit necesse est, errasse illos vel in adnotando anno, vel in describenda Historia Synodi, miscendisque rebus, quae diversis temporibus evenissent. Utroque enim vitio illi saepe laborant, ut aut in annis, aut in confundendis rebus (1) peccent. Ergo verum est in Synodo cui Hosius interfuit, fuisse etiam Photinum haereseos condemnatum. Quid hoc est portenti? obsecro. An hoc tu esse argumentum putas, quod cum omnibus ratiocinandi regulis pugnet? Verum missa haec facio. Vereor enim, ne quid mihi gravius ex-

(1) Hoc non dicit disertis verbis Mansius. Verũ non est cur revocetur in controversiam. Nam est id omnibus exploratum, ut in miscendis, & perturbandis rebus, ita etiam nonnumquam in perturbanda Chronologia peccare Socratem, atque Sozomenum. Atque hoc quidem evincunt testimonia Hermantii, & Tillemontii, quae Mansius laudat *Apolog.* §. XXIV. Quae cum ita sint certum est tamen, non saepe, sed aut numquam, aut perraro illos Historicos duos in Consulatibus indicandis errasse.

excidat, quod tibi moleſtum ſit. Interea dabis hoc mihi, ut maneant immota (quoad contra gravius quidpiam productum fuerit) quae magnis viris probata ſunt de Synodis, prima quae celebrata ſit an. CCCLI adverſus Photinum; altera cui Hoſius adfuit an. CCCLVII, vel etiam ſi mavis an. CCCLVIII; tertia denique quae fuerit an. CCCLIX Sirmii congregrata. Nam de his poſtremis duabus, deque Ancyrana, quam anno CCCLIX ineunte contra ſecundam formulam Sirmienſem habitam fuiſſe ſcribis, nulla fere (1) eſt inter nos concertatio.

XIV. Non probo quod ſuſpicare (2), Synodum Hieroſolymitanam, quae de ſede Maximum deturbavit, ejuſque loco Cyrillum conſtituit ejus civitatis Epiſcopum, *Synodū Hieroſolymitanā contra Maximum non a. CCCXLVII. ſed poſt an. CCCXLIX fuiſſe celebra-*

V 4

(1) Nulla enim ratio eſt cur in an. CCCLVII potius, quam in an. CCCLVIII ſecunda Sirmienſis rejici debeat. Ancyrana autem quoniam habita aliquot menſibus poſt hanc Sirmienſem, eſt, facile patiar, ut in an. CCCLVIII, vel ſi vis, in an. CCCLIX differatur. Nam tertia Sirmienſis, cujus eſt a Marco Arethuſio dictata profeſſio fidei nullum dubium eſt, quin anno CCCLIX celebrata ſit, cum Conſulatum Euſebii, & Hypatii praeferat, quos eo anno Coſs. fuiſſe conſtat. Vide Socratem *lib.* II. *cap.* XXXVII. H. E.

(2) Manſ. Diſſert. *pag.* 28. *ſeqq.*

tam. Non tres Cyrillos, ſed unum ab Hieronymo eſſe nominatum.

pum, revocari in annum CCCXLVII poſſe. Erat enim cadente an. CCCXLIX, ut paullo (1) ante oſtenſum eſt Maximus Epiſcopus Hieroſolymorum. Quare ſi qua Synodus ad eum dejiciendum celebrata Hieroſolymis eſt, ea vel an. CCCXLIX, vel an. CCCL, vel CCCLI coacta eſt. Ac Cyrillum Epiſcopum anno CCCLI (2) fuiſſe conſtat ex ejus Epiſtola ad Conſtantium. Eſt autem difficile creditu, eum qui Synodum coegiſſet, anno CCCXLIX cadente, pro Athanaſio, eodem anno ab altera Synodo, quae habita in ea Urbe fuerit, pulſum fuiſſe e ſua Eccleſia. Quamobrem aut an. CCCL, aut CCCLI Hieroſolymitanum Concilium, ſi tamen fuit ullum (3), ſunt enim qui dubitent, celebratum eſt.

(1) S.v. *pag.* 265. *ſeq.*

(2) Nam is eo anno menſe Majo cum Epiſcopus eſſet, litteras ad Conſtantium dedit, quae extant *pag.* 351. *Opp. Cyrilli novae Edit. Pariſ. Toutaei*. Vide ejuſdem Toutaei monitum ibid. *pag.* 348. *ſeq. num.* XI.

(3) Nam etſi Socrates id tradat *lib.* II. *cap.* XXXVIII. cui Sozomenus *lib.* IV. *cap.* XX. aſſentitur, tamen revocatur in controverſiam. Conſule Touteum *Diſſert.* I. *De vita S. Cyrilli Praefixa ejuſdem Operibus pag.* XVII. *cap.* V. *num.* 23.

eſt. Erras etiam, quo loco ſcribis (1), annum XII Conſtantii, partim anno CCCXLIX, partim anno CCCL reſpondere. Nam reſpondet partim CCCXLVIII, partim CCCXLIX. Obiit namque Conſtantinus an. CCCXXXVII menſe Majo, adeoque tum eſt Conſtantius etiam potitus imperio. Quapropter XII Conſtantii annus deſinit in XI. Kal. Junias an. CCCXLIX. Neque eſt veriſimilius, quod adjungis, Hieronymi teſtimonio, ante Cyrillum celebrem imprimis & ſanctitate, & eruditione Epiſcopum, alios invaſiſſe in Eccleſiam Hieroſolymitanam Cyrillos (2) tres. Principio vereor, ne ea verba non ſint Hieronymi. Etenim, in Codice Reginae Vaticano, quem *admirandae vetuſtatis* Holſtenius appellat (3), Georgius autem VII ſeculo ſcriptum dicit fuiſſe, nullum eorum extat veſtigium. Deinde non Cyrillos tres, ſed unum eumdemque Cyrillum quater Epiſcopatum Hieroſolymitanum (4) geſſiſſe legimus in vul-

(1) Diſſert. *pag.* 29.
(2) Manſ. *Diſſert. pag.* 29.
(3) Vide ſupra *pag.* 267. *num.* I.
(4) Sic enim habet. „ Maximus quadra„ geſimus poſt Macarium Epiſcopus moritur; „ poſt quem Eccleſiam Ariani invadunt. Pri„ mum

vulgato Hieronymi Chronico. Sed non eſt neceſſe, ut copioſius de hoc argumento agam, quod eſt ſummorum virorum ſtudio diligentiſſime pertractatum (1).

Dubium eſſe num ulla Synodus Epiſcoporum habi-

XV. Concilium, quod Romae an. CCCLII coactum fuiſſe cenſes (2), metuo ne nul-

» mum Cyrillus; Eutichius: rurſum Cyrillus, » Irenaeus: tertio Cyrillus, Hilarius: quarto » Cyrillus: quorum Cyrillus cum a Maximo » fuiſſet Presbyter ordinatus, & poſt mortem » ei ab Acacio Caeſarienſi, & ceteris Arianis » Epiſcopis Epiſcopatus promitteretur, ſi or- » dinationem Maximi repudiaſſet, Diaconus in » Eccleſia miniſtravit &c. Ergo primum Cyrillus Epiſcopatu potitus eſt, tum pulſus Arianorum artibus fuit, ejuſque loco creatus eſt Epiſcopus Eutichius: deinde reſtitutus Cyrillus, poſt ejectus iterum ab Irenaeo; rurſum reſtitutus; poſt quoque pulſus ab Hilario eſt, tandemque rediit in ſuam Eccleſiam.

(1) Conſule Toutaeum *loc. cit.* Michaelem Lequienium *T.*III. *Orientis Chriſtiani pag.*157. *ſeqq.* Godefridum Henſchenium in *Actis Sanctorum T.*II. 18. *Martii pag.* 625. *ſeqq.* Tillemontium *Not.*2. *in Cyrilli vitam pag.* 780. *To.* VIII. *Mon. H. E.* Papebrochium *To.*III. *menſis Maji in ſerie Chronologica Ep. Hieroſ.* Nam haereticos *Thomam Milles*, *Caveum*, & alios praetermitto.

(2) Vide Manſii *Diſſert. pag.*20.

nullum fuerit. Namque illud in quo lectas ab se fuisse Arianorum litteras Liberius (1) scribit, non constat Episcoporum ne fuerit, an Ecclesiae Romanae Presbyterorum. Sed concedam fuisse Episcoporum; ut autem anno CCCLII fuerit habitum, quibus tu tandem efficis monumentis? Epistola namque ad Constantium scripta anno CCCLIV fuit, ut viri eruditi censent (2), nec ipse negas (3). Liberius autem renunciatus est an. CCCLII mense Majo (4), aut Junio (5) Pontifex. Quare tam potuit anno CCCLII cadente, quam an. CCCLIII. Synodus Romae a Liberio celebrari. Quae igitur ratio fuit cur scriberes. *Reipsa Concilium hoc Romanum ab exordio Pontificatus Liberii adeoque anno* CCCLII *removendum non est* (6)?

ta Romae sub Liberio fuerit, in qua lectae sint Epistolae Orientalium contra Athanasiũ. Quod si habita est, ostendi non posse, fuisse eã anno CCCLII *habitam.*

XVI.

(1) *Epist. ad Constantium num.* 1. *pag.* 424. *To.* 1. *Epist. Rom. Pont. Edit. Coustantii.*

(2) Sirmond. Diatr. *Sirmit.* II. *pag.* 567. *Tom.* IV. *Opp. Edit. Paris.* Baronius ad *an.* 358. *Coustantius Tom.* 1. *Epist. Roman. Pontif. pagin.* 423.

(3) Dissert. *pag.* 15.

(4) Ut ex Catalog. Liberiano constat.

(5) Ita censet Pagius *ad an.* CCCLII.

(6) Mansius *Dissert. pag.* 30.

De Synodo incerti loci in Aegypto.

XVI. Multa tu quidem, mi Manſi, acta anno CCCLII fuiſſe defendis (1). Anno CCCLII menſe Majo, aut Junio Liberium creatum fuiſſe Pontificem. Anno CCCLII id Orientales reſciſſe. Anno CCCLII hos conveniſſe, & contra Athanaſium ad Liberium ſcripſiſſe litteras. Anno CCCLII, ut Arianis reſiſterent Orthodoxi Aegyptii, in neſcio qua Aegypti Urbe congregatum fuiſſe concilium, dataſque pro Athanaſio ad Liberium litteras (2), quae redditae eodem anno Pontifici fuerint. Anno CCCLII coactam Synodum fuiſſe Romae, quae de utriuſque partis litteris, Athanaſiique cauſsa cognoſceret. Haec quidem omnia fieri potuiſſe ſeptem menſium ſpatio, etſi non negem, tamen difficile fuiſſe exiſtimo. Itaque ſic ſtatuerem Synodum incerti Loci in Aegypto CCCLII, Romanam vero CCCLIII anno fuiſſe habitam.

De Synodis Arianorum Arelatenſi an. CCCLIV, & Antiochena an. CCCLVI.

XVII. De Synodo Arianorum Arelatenſi (3), quam an. CCCLIV habitam fuiſſe contendis, nihil dicam, quod res tam implicata ſit, ut aſsequi nemo poſſe videatur, quae propius ad ſimilitudinem ve-

(1) Manſ. *Diſſert. pag.* 30.
(2) Epiſt. ad *Conſtantium num.* 2.
(3) Manſ. *Diſſert. pag.* 31.

veritatis accedat opinio; tuane, an eorum qui illam retrahunt in an. CCCLIII. De Antiochena item Arianorum tibi loquenti (1) assentior. Fit enim in ea mentio Georgii, quasi designatus Episcopus Alexandrinorum esset. Georgium autem facile concesserim non fuisse ante annum CCCLVI Episcopum designatum.

De Synodo Biterrensi.

XVIII. Dicis tu quidem an. CCCLV fuisse celebratum Biterrense (2) Concilium, in quo S. Hilarius Orthodoxam fidem contra Saturninum Arelatensem Episcopum Arianum defendit; sed non probas. Ac video esse alios, qui illud referant in annum CCCLVI (3).

De Synodo Acaciana contra Cyrillum.

XIX. De Cyrillo sunt, qui pulsum ex Ecclesia Hierosolymitana putent exitu an. CCCLVII (4). Neque his Toutaeus valde repugnat (5). Horum si vera est sententia, erit Synodus Acaciana rejicien-

(1) Mansi *ibid.*

(2) Ibidem *pag.* 35.

(3) Labbaeus *T.* 1. *Conc.*, & Basnag. ad *an.* 356. ut alios mittam. Et Coutantius in *Vita S. Hilarii.*

(4) Bollandiani in Historia Chronol. Episc. Hieros. *Initio Tom.* III. *mens. Maji pag.* XVIII. & ad d. XVIII. mens. Martii.

(5) Dissert. 1. De Vita S. Cyrilli *pag.* XXVI. *Init. Opp. S. Cyrill. Edit. Mon. S. Mauri.*

cienda in idem tempus (1). Tibi igitur hoc cenſeo : ſolvenda eorum argumenta eſſe, ante quam de differenda in an. CCCLVIII (2) eadem Synodo cogites, quae congregata ad privandum dignitate Cyrillum fuit. Ac Bollandiani in Hiſtoria Chronologica Patriarcharum Antiochenorum an. CCCLVII exeunte (3) periiſſe Leontium, initio autem CCCLVIII anni potitum Epiſcopatu Antiocheno fuiſſe Eudoxium, Germaniciae pugnant. Jam vero Cyrillum, qui dejectus ab Synodo Acaciana, fuerat, noluiſſe Antiochiae conſiſtere, propterea quod ea Paſtore careret, auctor eſt Theodoritus in II. Libro Hiſtoriae (4). Quamobrem ſi Cyrillus ante privatus eſt dignitate, poſtque Antiochiae nullum Epiſcopum invenit, quod exitu an. CCCLVII Leontius deceſſiſſet, invaſiſſetque initio an. CCCLVIII Eudoxius in eam ſedem; conſequens eſt, ut exitu an. CCCLVII ejectus ille Hieroſolymis fuerit, veneritque Antiochiam. Quodſi reſponderis, potuiſſe

(1) Toutaeus *ibid. num.* 39. *pag.* XXIII.
(2) Vide Mani. *Differt. pag.* 38.
(3) *Num.* 212. *pag.* 49. *Tom.* IV. *menſ. Julii.*
(4) Cap. XXVI. idque non negat Manſiu Differt. *pag.* 39.

tuisse etiam Cyrillum initio an. CCCLVIII ex Episcopatu depelli, quod fortasse, non statim atque incepit is annus, Eudoxius accesserit Antiochiam; hoc tamen responsi genere non consequere, ut an. CCCLVIII potius, quam an. CCCLVII celebratum fuerit Concilium ab Acacio. Quare injuria, quin ullo aut documento, aut conjectura usus sis, statuisti, Cyrillum anno CCCLVIII Acacii artibus fuisse Hierosolymis pulsum, quasi *intervallum temporis . . . inter obitum Leontii, & Eudoxii substitutionem in annum* CCCLVIII *inciderit* (1). Mihi haec videntur. Tu quid possis Bollandianis opponere, & quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris.

De Synodo Melitinensi contra Eustathium Sebastenum retrahenda in an. CCCLVII.

XX. Satis ne rectum sit, quod dicis anno CCCLVIII coactam fuisse Synodum Arianorum Melitinensem, viderint Basnagius (2), & Touteus (3). Est enim ea, si hos audias, rejicienda in CCCLVII annum. Nam etsi ante Ancyranam

(1) *Disert. pag.* 39.

(2) In Annalibus *Polit. Eccles. ad ann.* 357. *n.* 4.

(3) *Dissert.* I. *De Vita S. Cyrilli Cap.* VI. *n.* 39.

nam congregata fuerit, quam tu putas an. CCCLIX celebratam fuiſſe; tamen id etiam illi eſſe veriſimilius arbitrantur, ut acta perinde ſit, antequam Cyrillus adactus fuiſſet Heroſolymitanos deſerere. Cyrillus autem exitu an. CCCLVII, vel ſi mavis, initio an. CCCLVIII Heroſolymis ceſſerat. Fit ergo ita, ut Melitinenſe Concilium removeri, eorum opinione, ab an. CCCLVII non debeat, cui Cyrillus interfuit ut Epiſcopus Hieroſolymorum. Atque id inter te, & duos illos Scriptores intereſt, quod illi aliquo argumento utantur, quo ſtatuant, quam tuentur ſententiam; tu nullo. Nam quod ex Epiſtola LXXIV Baſilii profers (1), *Euſtathium, cum adeptus eſſet Epiſcopatum, ſtatim anathematiſmum conſubſtantialis ſcripſiſſe in Synodo Ancyrana*, leve eſt. Neminem enim eſſe arbitror qui τὸ εὐθὺς *illico* ſic intelligat, ut nullum tempus interceſſiſſe exiſtimet inter Euſtathii ad Epiſcopatum Sebaſtenum *electionem*, & Synodum Ancyranam. Quid enim? Nonne ipſe quoque anno CCCLVIII Melitinenſem, anno vero CCCLIX paullo ante Paſcha Ancyranam fuiſſe cele-

(1) Manſius Diſſert. 39.

celebratam (1) cenſes? Igitur menſes ſaltem quatuor a tempore quo prior, ad illud, quo haec poſtrema habita fuit, neceſſe eſt fluxerint. Age vero ſtatimne putas atque ordinatus Euſtathius Sebaſtenus Epiſcopus fuit, ejectum illum fuiſſe e ſua Eccleſia Synodi Melitinenſis decreto? Eſt vix illud profecto credibile, ut poſt menſem unum, quam creatus Epiſcopus eſt, amotus ab Synodo fuerit. Quo circa quinque ſaltem menſes ante Ancyranam, erat Epiſcopus Euſtathius, & tamen εὐθὺς in Ancyrana Synodo anathema *Conſubſtantiali* dixit. Itaque τὸ εὐθὺς non ita preſſe, anguſteque ſumendum hoc loco eſt, ut nulla interpoſita mora, ſtatimatque Euſtathius ordinatus Epiſcopus fuit, Anathema dixerit in Ancyrano Concilio *conſubſtantiali*. Quid? ſi ea vox in idem interdum recidat atque τὸ *inconſulte*? Hujus autem ſignificationis exemplum extat apud Thucydidem, ut vetus Scholaſtes animadvertit (2). Quare tolletur funditus conjectura tua,

(1) *Manſ.* ibid.

(2) Vide Thucyd. *Lib.* 11. *Hiſt. pag.* 102. *Edit. an.* 1594. & ejus Scholiaſten ibid. *n.* 6. ubi: τὸ

ſi verba Baſilii vertantur hoc modo (2) „ Epiſcopatum forte adeptus inconſulte „ Anathema ſcripſit conſubſtantialis in „ Ancyrana Synodo„ vel hoc alio „ Epi„ ſcopatum forte adeptus, ſtatim (atque propoſita illi formula Ancyrana eſt) „ Anathema ſcripſit conſubſtantialis &c. Ita ſcilicet τὸ *ſtatim* non in tempus electionis, ſed in formulae exibitionem cadet, quam formulam ille ſtatim probarit, atque illi fuit exhibita. Nunc vide utra te ratio magis delectet, tuane, an ea, quam Lequienius (2) noſter probat. Cum enim tempore Eulalii Sacerdotem fuiſſe (3), deinde, Eulalio vita

τὸ εὐθὺς, inquit, οὐκ ἔστι παραχρῆμα, ἀπ' ἐξ εὐθείας, καὶ ἀσκόπως. *Vox* εὐθὺς *non ſignificat hic ſtatim, e veſtigio, ſed extra rectum, & inconſulte, ſeu inconſiderate.* Quae res obſervata [illegible]m Conſtantino in Lexico ad vocem εὐθὺς fuit.

(1) Baſilius Epiſt. CCCLXIII al. LXXIV. pag. 406. Edit. *Pariſ. Mon. S. Mauri pag.* 406. καὶ τυχὼν τῆς ἐπισκοπῆς, ὡς ἔτυχεν, εὐθὺς φάινεται γράψας ἀναθεματισμὸν τοῦ ὁμοουσίου.

(2) Lequien T. I. Orientis Chriſtiani *pagin.* 222. *&* 370. *ſeq.*

(3) Apud Socratem *Lib.* II. *Hiſt. cap.* XLIII. Ὑπὸ Εὐλαλίου [illegible] καθήρητο, ἐπειδὴ ἀνάρμοστον τὴν ἐσω-

vita functo, ordinatum fuisse legisset Eustathium ab Eulalii successore Hermogene (1), consequens esse existimarit, alteram hanc ordinationem Episcopatus fuisse. Nam quae alia post Sacerdotium, nisi Episcopatus, fingi ordinatio possit, non video. At Hermogenes ante Eusebii Nicomediensis mortem decessit (2). Erat ergo anno CCCXLII, quo Eusebius periit, Eustathius Episcopus. Quamobrem anno CCCLV eum ad Synodum Mediolanensem, ut Episcopum, accessisse, animadversum est a Baronio (3). Quin etiam an. CCCLVI quo scripta Epistola Encyclica ab Atha-

ἱερωσύνη στολὴν ἠμφίεστο: ab Eulalio .. depositus „ fuit, quod vestem Sacerdoti minime con„ venientem gestasset.

(1) Apud S. Basilium loco mox indicato.

(2) Ἐπισκόπῳ Ἑρμογένει τῷ Καισαρείας, ὁμολογίαν ἔδωκε πίστεως ὑγιοῦς· ἐφ' οὕτω τὴν Χειροτονίαν ὑπ' αὐτοῦ δεξάμενος, μετὰ τὴν ἐκείνου κοίμησιν, εὐθὺς πρὸς τὸν ἐπὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Εὐσέβιον ἔδραμεν. „ Hermogeni Episcopo Cae„ sareae... confessionem sanae fidei obtulit; „ atque ita ab ipso ordinatus, post illius dor„ mitionem, statim ad Eusebium Constantino„ politanum accurrit. *S. Basilius Epist.* CCCLXIII. *pag.* 406. *T.* III. *Opp. Edit. Novae*. Similia habet *Epist.* CCCLIV. *num.* 9. *pag.* 381.

(3) Ad an. CCCLV.

nasio ad Aegypti &c. Episcopos fuit, erat Eustathius Episcopus Sebastenorum (1). Haec ego suspicans scribo. Interea nobis stet illud, nihil te ex Basilii loco posse colligere, quod evincat, Eustathium paullo ante Ancyranam Synodum creatum fuisse Sebastenum Episcopum, ideoque paucis item ante Ancyranam mensibus fuisse celebratam Melitinensem.

De Synodis Neocaesariēsi, Arimin. si, Seleucien. si, & Antiochena.

XXI. Laudo consilium tuum, ut qui non neges, quod visum plerisque est, fuisse an. CCCLVIII actum Neocaesariense Concilium (2). Facis tu quidem, mi Mansi, & prudenter, & recte. Nam est, mihi crede, plenum periculi, quae firmata consensu virorum doctorum sint, ea non revo-

(1) Nondum enim missus Georgius fuerat Alexandriam, quo tempore scripta Epistola illa fuit, ut constat ex *num.* 7. Encyclicae ejusdem *pag.* 277. *Tom.* 1. *Opp.* Electus autem Georgius fuit an. CCCLVI. ut Epist. 1. §. XX. ostendimus. Habet autem in ea Epist. loc.cit. Athanasius hoc modo. *Eustathius, qui modo Sebastes est Episcopus.* Miserum Montfauconum, qui Chronologiam Mansianam non noverat. Nam reiecisset eam Encyclicam in an. CCCLVIII, vel CCCLIX, non in an. CCCLVI.

(2) Mans. *Dissert. pag.* 20.

vocare in controverſiam modo, ſed etiam negare velle. De Ariminenſi, & Seleucienſi Conciliis nihil dico. Nam fatere, quod certum eſt (1), coactas an. CCCLIX fuiſſe. Ac dedi equidem Meletium initio an. CCCLXI dictum fuiſſe Epiſcopum Antiochenorum (2). Quare ſi qua tum (3) habita Synodus Antiochiae fuit, ea non eſt a mox indicato tempore removenda.

XXII. Probo quod narras de Synodo habita anno CCCLXII Alexandriae ab Athanaſio (4). Sed cura amabo, ut quae dicis, ea ſi obſervata ab aliis fuerint, ne eſſe abs te primum animadverſa videantur. Loquere enim ita ſaepe, ut qui rem neſciat, novi te aliquid attuliſſe arbitretur. *De Synodis Alexandrinis ſub Athanaſio.*

(1) Manſ. ibid.

(2) Epiſt. 1. §. XXVI. *pag.* 84. quo loco id clarum eſſe dixi, non quo nulli contra pugnent, ſed quo ita ratio poſtulet.

(3) Synodi meminit Theodoritus. Sunt qui dubitent vera ne ille praedicet. Quo circa dixi, *ſi qua tum &c.*

(4) Manſius *Diſſert. pag.* 44. ſic loquitur: *Quo temporis intervallo Concilium illud celebratum credo, cujus Epiſt. Synodica ex Operibus S. Athanaſii in Collectione Conciliorum translata eſt.* At haec jam alii multo ante viderant.

O factum bene de auctore libelli Synodici! Nunc, mi Manſi, tibi vehementiſſime gratulor, quod agnoris aut nullo hominem, aut parvo in pretio haberi oportere. Pernegas enim credendum illi eſſe (1), dum ſcribit, quo tempore Julianus in Perſide periit, fuiſſe, neſcio quam, Synodum ab Athanaſio celebratam Alexandriae. Reſtat, ut eum poſthac Ammiano Marcellino non eſſe praeferendum putes.

De Concilio Pariſienſi an. vel CCCLX, *vel* CCCLXI, *vel* CCCLXII, *non autem* CCCLXIV, *aut* CCCLXV, *aut* CCCLXVI *celebrato.*

XXIII. Venio ad Pariſienſe Concilium, de quo ſic ſtatuis: haberi ante annum CCCLXIV non potuiſſe (2). Non enim vis ut tibi cum Hiſtoricis novis conveniat, qui aut an. CCCLX (3), aut CCCLXI (4), aut CCCLXII (5) celebratum fuiſſe ferunt. Dicis hoc te Eruditis, quod expendant proponere, quaſi ante ne fando quidem fuerit auditum (6). Fuiſſe, in-

(1) Manſ. *ibid.*

(2) Manſ. *Diſſert. pag.* 47.

(3) Pagius ad *an.* CCCLX. *num.* XVII. & Coutantius *in Vita S. Hilarii n.* 38.

(4) Baſnagius *ad an.* CCCLXI.

(5) Baronius *ad an.* CCCLXII. *num.* CCXXIX.

(6) Id vero ſatis accurate explicatum a Coutantio eſt in Monito ad Epiſt. XIV. Liberii P. M. *pag.* 451. *T.* I. *Epiſtolar. Romanor. Pontif.*

inquis (1), e Semiarianis aliquos, qui voce τοῦ ὁμοουσίου abuterentur. Nam cum eam in pravum ſenſum detorquere ſolerent, inducere conſuerant incautos in errorem. Hanc fraudem nondum anno CCCLXV detectam ab Occidentis Epiſcopis in Synodo Romana fuiſſe, quo tempore ad Liberium miſſi a Lampſaceno Concilio Legati ſunt, qui cum dixiſſent non abhorrere ab ea voce ſe, tum recepti fuerunt in communionem. Hinc tandem concludis ante annum CCCLIV non fuiſſe Pariſienſe Concilium congregatum. Sed erat, mi Manſi, concludendum hoc modo: ante ann. CCCLXV non fuiſſe habitum, cum nondum an. CCCLXV doli, tua quidem ſententia, detecti eſſent.

Praeterea eſt hoc manifeſtum, cognitas eas Arianorum artes Orthodoxis fuiſſe ſaltem jam inde ab an. CCCLXII. Nam in Synodo Alexandrina actum de hac ipſa re illo anno fuit, ut conſtat ex Athanaſii Tomo ad Antiochenos (2). Neque haec

(1) Manſ. *Diſſert. pag.* 47.

(2) Scripto anno CCCLXII, in quo ſic habetur *num.* 3. *pag.* 772. *Tom.* 1. *Opp.* „ Qui ſi-
„ mulant quidem ſe Nicaenam fidem profiteri,
„ atque interea contra Spiritum Sanctum blaſ-
„ phe-

an. cccLxiii fugiebant Latinos. Quandoquidem Liberius Epiſtola xiii, quae ſcripta hoc, quem mox nominavi, anno eſt, meminit eorum, quae acta erant Alexandriae (1). Neque vero cre-

„ phemare non dubitant, nihil aliud praeſtant, „ quam quod Arianam haereſim verbis qui„ dem negant, animo autem, & ſententia re„ tinent. „ Quibus verbis indicat an. cccLxii homines malos fuiſſe, qui ſimularent ſe Nicaenae fidei eſſe addictos, cum revera non eſſent. Quemadmodum autem Nicaenam fidem probaſſent, non probata conſubſtantialis voce?

(1) *Pag.* 448. *ſeq. Tom.* 1. *Epiſt. Romanor. Pontif.* „ Sed mihi, cui convenit, omnia mo„ derate perpendere, maxime cum & Aegy„ ptii omnes, & Achivi accuſati ſententiam „ receperunt, multis parcendum quidem his, de „ quibus ſupra tractavimus; auctores vero eſſe „ damnandos, qui obliqua, & maligna ſubtili„ tate, & caligine offenderent innocentium „ ſenſus, per quae velamen obducerent veri„ tati. „ Notat ergo artes Semiarianorum Liberius. Quodſi recepit Legatos Synodi Lampſacenae, non idcirco recepit, quod dolos haereticorum ignoraret, ſed quod illi ſuſpecti non eſſent haereſeos, quos reſipuiſſe exiſtimaret. Nam Euſtathius, qui unus Legatorum erat, cum Nicaenam fidem obtuliſſet ante an. cccxLii Hermogeni receptus ab eo fuit, quod cenſuiſſet hominem converſum ad veritatem eſſe. Vide Couſtantium *loc. cit.*

credibile eſt tum primum detectos Semiarianorum dolos fuiſſe. Namque ſi Alexandrina Synodus an. CCCLXII quid facto eſſet opus conſtituit, indicio eſt, fieri haec coepta ante ab haereticis eſſe, veniſſeque in Orthodoxorum cognitionem. Ecquid enim ſtatuiſſent Patres de rebus, quas ante celebratam Synodum tentari ab Arianis coepiſſe a nemine umquam intellexiſſent? Mirabile autem videri non debet, ſi nihil ante an. CCCLXII decretum de hoc genere fuit, cum Orthodoxi plerique, imprimiſque Athanaſius e ſuis Eccleſiis exſularent. Quod addis de Romana, & Lampſacena Synodis, expendetur paullo poſt diligenter. Eſt illud modo conſiderandum, utra ſit conjectura potior, tuane an Conſtantii? Nam de tua ſatis dictum eſto. Nunc de Conſtantiana (1). Sic autem ille agit a Pagio non diſſentiens. Quo tempore celebrata Synodus Pariſienſis eſt, nondum redierat Hilarius in Gallias, quod illius, ut praeſentis non faciat Synodus mentionem. Rediit autem Hilarius extremo CCCLX anno. Habita eſt igitur Synodus Pariſienſis ante an. CCCLXI. Rurſum idcirco Epiſcopi Pariſienſe Concilium

(1) In *Vita S. Hilarii num.* 68.

lium celebrarunt, ut litteris Episcoporum Orientalium responderent, qui in Seleucienſem Synodum primum an. CCCLIX, tum in Constantinopolitanam an. CCCLX convenerant. Cũ autem ante an. CCCLX Parisienſis haberi nequiverit, non enim coacta fuisſet, ut Orientalium litteris responderet; nec potuerit post an. CCCLX, nam hoc anno Hilarius in Gallias venit, qui tamen tunc aberat; fit ita, ut habita sit anno CCCLX. Contra Basnagius anno CCCLXI censet congregatum fuisse Parisienſe Concilium. Etenim plerique Episcopi nondum erant eo tempore ab exilio (1) revocati. Erat vero praesens Hilarius, ut colligi posse ex Synodi verbis videtur (2). At anno CCCLXI exeunte, concessum ab Juliano Episcopis fuit, ut in patriam quisque suam redirent. Itaque

(1) Nam habet hoc modo Synodi Epistola *Lab. Concilior. Tom.* I. *col.* 822. *Edit. Pariſ.* „ Blasphemias quoque omnes ... damnamus, „ maximeque eorum Sacerdotes Apostatas re„ spuentes, qui in loca fratrum indigniſſime „ exulantium ... sunt substituti.

(2) Synod. Epist. ibid. *Ex litteris veſtris, quas Hilario ... direxiſtis.* Sed negat Constantius concludi hinc posse praesentem fuisse Hilarium.

que celebrata Synodus Parisiensis fuit ante exitum anni CCCLXI (1). Quod si non placet, differatur in an. CCCLXII. At in CCCLXV differri nullo modo potest (2). Neque me movet, quod addis anno CCCLXIV Valentem saeviisse in Orthodoxos. Hoc enim falsum esse primis litteris ostensum est. *Liberata* igitur non est tua opera, Synodus Parisiensis *ab anno cui illigabatur*.

De Synodis Romana sub Damaso, & Antiochena Meletii, & Constantinopolitana, quas commentus est Mansius.

XXIV. De Concilio initio Pontificatus Damasi habito, non laboro. Nihil enim habemus (3), quod ad eam spectet

(1) Extremo CCCLXI anno Julianus Episcopos hortatus ad colendam concordiam fuit, ut Marcellinus scribit *L.* XXII. *c.* V. Quare verisimile est, tum etiam scriptum edictum fuisse, ut qui exulare jussi fuerant a Constantio, hi redirent in patriam quisque suam, quod edictum in quibusdam Urbibus anno sequente publicatum fuit, ut constitit supra *pag.* 85. cum de Athanasio loquerenmur. Utcumqne tamen sese res habeat, si Hilarius non redierat, an. CCCLX: sin autem redierat an. CCCLXI, vel CCCLXII summum, (nam hoc Episcopi sine dubio desierant exulare), celebrata Synodus Parisiensis est: anno vero CCCLXIV, vel CCCLXV, vel CCCLXVI nullo modo.

(2) Vide notam superiorem.

(3) *Mans. pag.* 48.

ctet, praeter unius libelli Synodici auctoritatem. Ea vero, te non fugit, quo (1) esse apud nos debeat pondere. Accedit Synodus Antiochena (2) Meletii. Recte autem facis, dum, assentiens ceteris, fateris eam anno CCCLXIII convenisse. Habita est autem Joviano Imperatore. Non placet, quod adjungis de celebrato Constantinopoli anno CCCLXIV Concilio nescio quo (3). Sed expedita haec fuit primis litteris (4) quaestio. Quamobrem praetermittenda mihi hoc loco est, ne actum agam.

De Synodis Lampsacena & Tyanensi.

XXV. Lampsacenum Concilium ante Edictum Valentis in Orthodoxos fuisse celebratum scribis (5). Quod ego cur nolim nihil video. Sed Edictum an. CCCLXIV. fuisse publicatum, id vero est quod vehementer nego. Non enim vulgatum ante annum CCCLXVII fuit, ut arbitror me primis litteris (6) demonstrasse. Quapropter manebit firmum,

(1) Vide supra *pag.* 326.
(2) *Mans. pag.* 49.
(3) *Mans. p.* 50.
(4) *Pag.* 108. *seqq.*
(5) *Dissert. p.* 53. *seqq.*
(6) *Pag.* 120. *seqq.*

mum, quoad meliore documento uſus non fueris, quod eſt a Socrate litterarum monumentis mandatum, Valentiniano, & Valente primum (1) Coſs. hoc eſt an. CCCLXV convenisſe Lampſacum Macedonianos, celebratſeque Concilium. Cumque peritiores critici cenſeant, id circa autumnum contigiſſe (2), erit ſcilicet veriſimile, anno CCCLXVI fuiſſe Romae congregatam a Liberio Synodum (3), quae recepit Legatos Lampſaceni conventus, ut qui ejuraſſe haereſim viderent-

(1) *Lib.* IV. *cap.* IV. *H. E.*

(2) Vide Couſtantium in *Monito ad Epiſt.* XIV. Liberii *n.* V. *p.* 453. 454.

(3) Statueram equidem contra Manſium agere, qui Liberium formulam aliquam Sirmienſem admiſiſſe cenſet, *Diſſert. p.* 25. Sed cum ea opinio, quae communis eſt novorum Hiſtoricorum, impugnata, a Gorgnaeo Canonico Eccl. Sveſſionenſis ſingulari Diſſertatione fuerit, non eſt cur rurſum ſit oppugnanda. Hoc unum moneo: in vetuſtiſsimo Chronici Hieronymiani Codice, qui extat inter Cod. Reginae Vaticanos, & cujus ſupra facta mentio eſt, lapſus Liberii ne veſtigium quidem extare. Ex qua re conjicere licet adjunctum recentioribus exemplaribus eſſe, quod ſpectat ad lapſum hujuſmodi.

rentur, in communionem. Quoniam vero Synodus Tyanenſis congregata ante reditum Legatorum ex Italia (1) non fuit, nihil impediet, quin vera ſit Eruditorum Virorum Valeſii (2), Couſtantii (3), aliorumque ſententia, qui eam rejecerunt in CCCLXVII annum.

Manſium non eſſe primum omniũ, qui cenſuerit an. CCCLXVI Athanaſium rediiſſe in Patriam, poſt necem Gregorii.

XXVI. Haec ego de Epochis non Sardicenſis modo, ſed reliquarum etiam Synodorum, de quibus eſt abs te inſtitutus ſermo, dicenda eſſe putavi, ut intelligeres, vix ullam fuiſſe, cujus tu non perverteris Chronologiam. Atque hoc poſtremo loco habeto: non abs te, qui novi aliquid tentaſſe te ipſum dicis, quaſi quidquam ſit pretii in novitate; ſed a Vallarſio (4) jactum eſſe

(1) Sozom. *L.* VI. *cap.* XII.

(2) In *not. ad* Sozom. *L.* VI. *cap.* XII.

(3) In Monito ad *Epiſt.* XIV. *Liberii n.* V. *p.* 454.

(4) In notis ad Chron. *Hierom. T.* VIII. *Opp. S. Hieronymi Edit. Veron. p.* 793. Ibi enim quin ullam habeat aliorum documentorum rationem, Anonymum, quem Manſius Maffejanum vocat, conſectatur. Et is tamen Auctor P. Cacciarium Carmelitam virum graviſſimum, & amicum noſtrum indignis modis exa-

eſſe fundamentum ſententiae tuae. Namque is primus omnium, quod ſciam, fuit, (non enim auſus eſt Maffejus id facere), qui aſſenſus Anonymo, ſcripſerit anno CCCXLVI rediiſſe, poſt Gregorii mortem, Athanaſium Alexandriam. Quo quidem jacto cetera conſequuntur, quae ſunt abs te de Sardicenſis, & aliarum quarumdam Synodorum annis conſtituta. Quae res eo conſilio animadverſa eſt a me, ut ne falſae quidem opinionis inventorem te eſſe gloriarere. Quod ſi erraſſe putas in re quapiam me, fac error meus ne me praetereat. Tibi enim ſic promitto, atque confirmo fore, ut meam ſententiam accommodem potiſſimum ad tuam. Sin autem vera me ſcripſiſſe cognoveris, quaeſo ne moleſtum ſit tibi, ut ſaepe alias conſueſti (1), errorem abjicere, & conſectari omnium rerum pulcherrimam veritatem. Eſſe id quidem grave hominibus, qui magiſtri ceterorum haberi velint,

exagitat, quaſi minus accurate fuerit in illuſtrando Rufino verſatus.

(1) In *Annal. Eccleſ. Baronii Edit. Lucenſis.*

velint, certo ſcio. Sed ferendum eſt tamen, quod perſaepe contingat, ut in re aliqua ſint.
πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.
Vale?

Romae III. *Kal. Julias.*

APPEN-

APPENDIX
AD IV. EPISTOLAS
DE
Ratione Temporum Athanaſianorum &c.

NUM. I.

Referuntur Articuli quos ſcripſit, inſerique curavit Diario Palearíniano Mamachius.

ART. I.

De Epochis Conciliorum Sardicenſis, & Sirmienſium &c. Auctore Joh: Dominico Manſi e Congreg. Matris Dei Lucenſi. Lucae Typis Philippi Mariae Benedini an. 1747.(1).

AVendo il P. Gian-Domenico Manſi celebre Religioſo per la nuova edizione degli Annali del gran Cardinal Baronio (1) determinato di pubblicare un ſupplemento alla raccolta de' Concilj da lui con fraſe aſſai pellegrina chiamata *Veneto Labbeana*, ha da eſſo decantato ſupplemento *colta* (2) per ſaggio la Diſſertazione *de Epochis*, ch'è di 87. pagine (3).

(1) Omiſſa hic ſunt quaedam, quae non pertinent ad quaeſtionem de Epochis &c.

(2) *Decerptam*. (3) Praetermiſſa etiam hoc loco quaedam ſunt, quae non ſpectabant ad hoc diſputationis genus.

Dice egli nella sua prefazione, che mentre stava pensando al suo gran supplemento, nacquegli un sospetto nell'animo, che la difficultà provata da i Cronologi nel fissare gli anni, ne'quali, per occasione della Eresia Ariana, varj Concilj furono celebrati, non da altro nascesse, che dall' essere stata malamente fissata una qualche Epoca. Che gli tolse ogni dubbio, e ogni sospetto l'Autore Anonimo dell'Opuscolo pubblicato dal Signor Marchese Maffei nel *Tomo* III delle sue *Letterarie Osservazioni &c.* (1) Imperciocchè essendo questo *Anonimo Maffejano*, così appellato dal P. Mansi, quasi coetaneo di S. Atanasio, e fissando nel suo opuscolo all'anno 346 il ritorno di esso Santo al Vescovato Alessandrino dopo la morte di Gregorio, era d'uopo, che il nostro Autore desse un altra sede al Concilio Sardicense, e agli altri Concilj ancora dipendenti, secondo la sua frase, *ex utroque hoc historiae puncto &c.*

Niuno finora si è preso l'ardimento di rigettare l'Epoca del Generale Concilio Sardicense stabilita da Socrate, e da Sozomeno. Imperciocchè avendo quei due celebratissimi, e antichi Istorici scritto, che l'anno 347, in cui furono Consoli Rufino, ed Eusebio, fu lo stesso Concilio adunato, era ben dovere, che fossero seguitati dai Moderni nell' ordinare la Cro-

(1) Edidit post Maffejum Anonymi *Historiam Acephalam Mansius in Apparatu ad Annales Baronii pag.* 388. *seqq.*

Cronologia della vita, e maravigliose geste del Grande Atanasio. Avendo però il Padre Mansi letto con attenzione le *Osserv. Lett. del Sig. M. Maffei*, e considerato il documento, del quale abbiamo parlato di sopra, e stato obbligato a posporre a questo l'autorità di quei due Istorici, e a formare della Vita, e dei Fatti di S. Atanasio una nuova Cronologia. E le ragioni, che lo costrinsero a ciò fare, in poche parole, sono queste. L'Anonimo Maffejano visse circa l'anno 385. Questi tratta delle cose appartenenti a S. Atanasio. L'Opuscolo di lui è stato anticamente tradotto dal Greco in Latino, della quale Interpretazione latina una copia si trova in un Codice della Libreria del Capitolo di Verona, che per opera dell' Eruditissimo Signor Marchese Maffei è stata pubblicata. Or che l'Anonimo Maffejano sia così antico, come il Padre Mansi pretende, si prova con due ragioni; primo perchè egli và in traccia di certe minuzie, le quali non sarebbero state ricercate da lui, se non era quasi coetaneo del Santo Vescovo di Alessandria. E non è credibile, che uno scrittore più moderno potesse essere così ben informato de' mesi, de' giorni, e de' nomi delle persone, ch' ebbero che fare con S. Atanasio. Secondo perchè l'autore Anonimo adopera i nomi de' mesi Alessandrini, onde si ricava, ch' egli ancora fosse Alessandrino. Supposte queste verità, conclude il nostro P. Mansi, che convenendo l'Anonimo (1) in tutti i fatti con

(1) *Ibid. pag.* 3.

S. Atanaſio, e quaſi in tutti con Socrate, e con Sozomeno, queſti ultimi, che di lui ſono più moderni, quando ſono a lui contrarj, da lui ſteſſo debbano eſſere emendati.

Vorremmo ben noi, che queſte ragioni foſſero concludenti, e a tutti gli eruditi piaceſſero. Ma quanto temiamo, che non debbano eſſere dalla maggior parte di eſſi riprovate! L'uſare i nomi Aleſſandrini de' meſi non è ſegno nè di grande antichità, nè che l'Anonimo foſse Aleſſandrino. Non vi ha dubbio, che alcuni ſcrittori non eſſendo Aleſſandrini, mentre delle coſe Aleſſandrine ſcrivevano, uſavano i meſi Aleſſandrini, come tra gli altri ne può ſervire d'eſempio l'Autore del Cronico Paſcale. Ma poſto ancora, che l'Anonimo foſse Aleſſandrino, non veggiamo, come indi poſsa dedurſi, ch' ei ſia ſtato quaſi coetaneo di Santo Atanaſio. L'Autore del Cronico Paſcale talmente parla del tumulto nato ſotto il Conſolato di Oreſte, e di Lampadio l'anno 532 in Coſtantinopoli, che moſtra di avere avuto piena contezza de' meſi, de' giorni, delle perſone, delle minuzie &c., e pure tutte queſte coſe non provano, ch' egli ſia ſtato quaſi contemporaneo di Giuſtiniano. E' anche notabile la diſinvoltura del noſtro Autore nello ſtabilire l'antichità dell'Anonimo, percioc-chè quando queſti ſi accorda con S. Atanaſio, e non con Socrate, e con Sozomeno, egli lo approva, e a due rinomati Iſtorici l'antepone; quando poi nè con Socrate, nè con S. Atanaſio conviene, allora egli rinfonde tutta la colpa ne' copiatori, e nella corruzione del Co-

Codice. *Reliqua Chronologi hujus Maffejani, cum foede depravata ſint, nec quicquam valeant ad Chronologiam conciliandam, omittenda hic cenſeo.* Belliſſimo ripiego da ſervirſene ogni qualvolta ci troviamo implicati! Baſterà paſsare ſotto ſilenzio ciò, che non fa per noi, e quando ci ſia oppoſto, riſpondere, che i teſti ſieno corrotti.

Dopo ſtabilita l'antichità dell'Anonimo Maffejano, paſsa il Padre Manſi a determinare l'anno, in cui fu celebrato il Concilio Sardicenſe. Oſserva pertanto, che un tal punto dipende dal ritorno di S. Atanaſio in Aleſsandria, come raccoglieſi dalla narrazione fatta dallo ſteſso Santo nella Epiſtola a' Solitarj, la qual coſa ſi può facilmente paſsare al P. Manſi. Ma il ritorno di S. Atanaſio in Aleſsandria è fiſsato dal Pagi, e dal Tillemont l'anno 349. Ed eccone la ragione. Il Concilio Sardicenſe fu celebrato, ſecondo Socrate, e ſecondo Sozomeno, l'anno 347. Ne' giorni paſquali dell'anno ſeguente Eufrate Veſcovo venne in Antiochia. Dieci meſi dopo, e perciò verſo il principio del 349 morì Gregorio falſo Veſcovo di Aleſsandria, e lo ſteſso anno tornò Atanaſio. Si oppone gagliardamente a queſta opinione il P. Manſi. Bene, dice egli, e rettamente, ſe gli antichi ſcrittori, de' quali è grande l'autorità, non ſono contrarj. Quali ſono queſti ſcrittori? L'Anonimo Maffejano, dice egli: Ma noi vorremmo ſapere perchè eſſendo in tanti luoghi corrotto il teſto dell'Anonimo, non ſia anche corrotto in queſto? Nò, dice il P. Manſi, perchè ſi conferma colle

cose, che seguono. Ma per ciò dimostrare ricorre egli a' mesi Alessandrini, e fa tornare ogni cosa a maraviglia. Non vogliamo per altro noi entrare in somiglianti contese (1). Basta, che non si possa provare l'antichità di quell' autore, e ch'ei non debba essere anteposto a Socrate, nè a Sozomeno scrittori cogniti, e approvati, perchè nulla vaglia tutta la opposizione del P. Mansi. E chi è così franco nello stabilire nuove opinioni, il quale sopra un corrottissimo frammento d'incerta età appoggiandosi, disprezzi i monumenti più accreditati, e al testo corrottissimo li posponga. So bene, che S. Girolamo nel Supplemento al Cronico di Eusebio riferisce lo stesso ritorno all' anno 46 di Cristo, onde conclude, che avanti dovesse

(1) Cum in haec verba Mansius incidisset, putavit negari a me esse menses Alexandrinos dierum triginta. Itaque ut me erroris convinceret, omnes Chronologos sic statuere, ait, ut menses illi τριακονθήμεροι fuerint. Omnium autem Chronologorum loco, citat solum Institutiones Chronologicas Beveregii. Ego vero non negavi triginta dierum fuisse Aegyptiorum menses, quam rem noram clarissimis Ptolemaei, aliorumque veterum testimoniis ostendi posse; sed dixi nolle me hisce controversiis meipsum implicare; quaerereque recte ne se habeat ea summa annorum, ac mensium, quam Anonymus collegit, etiamsi ratio habeatur mensium Aegyptiorum.

veſſe eſſere celebrato il Concilio Sardicenſe, e non l'anno 347. Ma per iſtabilire l'autorità di un monumento d'incerta età, e corrotto, non ci voleva altro, che uno non meno guaſto, e corrotto di quello. E non ignora il P. Manſi, che moltiſſime ſono le corruzioni intorno agli anni, che trovanſi nel Cronico di S. Girolamo, e che vicine ſono all'anno 346, come per eſempio il porre il principio del Pontificato di Liberio Papa l'anno 348, e molte altre, che ſe l'autore comanda, ſaranno da noi minutamente numerate (1). Or veda egli, ſe queſta ſorta di monumenti debba valere più dell'autorità di Socrate, e di Sozomeno, che nel fiſſare l'Epoca del Concilio Sardicenſe mentovano i Conſoli, ſotto i quali fu celebrato.

(2) Fiſsata a ſuo modo l'Epoca del ritorno di S. Atanaſio, ſcende il P. Manſi a determinare il ſuo punto. In primo luogo oſserva, che non ſi debbano aſcoltare Socrate, e Sozomeno, ſebbene ſi ſervono de' Conſolati. Poichè queſti ancora talvolta prendono degli abbagli. Ma ſe la ſteſsa ragione vale per Theodoreto, per il Cronico di S. Girolamo, per il ſuo Monumento Maffejano &c, non ſappiamo a chi ſi debba ſtare in ſimile controverſie. Noi intanto ſtiamo ai due Iſtorici cogniti, e celebri, perciocchè ſi accordano fra loro, e ſervonſi de' Conſolati nel fiſsar l'anno del Concilio Sar-

(1) Vide *Epiſt.* IV. *pag.* 263. *ſeqq.*

(2) Hic nonnulla omiſimus, quae ad quaeſtionem non pertinent.

dicenſe. Teodoreto, e S. Girolamo non fanno menzione de' Conſoli. Il Monumento Maffeiano è un corrottiſſimo frammento di non ſo qual pezzo di Storia; onde nè quello, nè queſto poſſono anteporſi a Socrate, e a Sozomeno.

In ſecondo luogo oſſerva, che poſto, che Gregorio falſo Veſcovo moriſſe l' anno 346., e il Concilio Sardicenſe foſſe celebrato avanti la morte di lui quaſi due anni, ſegue, che l' anno 344 foſſe il medeſimo Concilio celebrato. Anziche nella edizione Suriana de' Concilj nel Titolo del Sinodo Sarzicenſe ſono ſegnati i Conſoli dell' anno 344, come anche ſi vede in un Codice della Collezione d' Iſidoro Mercatore, che trovaſi nella Biblioteca del Noviziato de' PP. Geſuiti di Parigi, come riferiſce il P. Arduino. Queſti monumenti antepone alla Storia di Socrate il P. Manſi (1).

ARTICOLO II.

DAlle coſe ſtabilite nell' Articolo antecedente, ſi può agevolmente concludere, che non debba eſſere rimoſſa dall' anno 347 la Epoca del Concilio Sardicenſe, ſe non ſi adducono in contrario teſtimonj più autorevoli di quelli, che apporta il chiariſſimo P. Manſi (2).

Ve-

(1) Vide *Epiſt. 4. pag. 268. ſeqq.*

(2) Hic ſunt omiſſa nonnulla, quae in idem reci-

Veniamo alla Cronologia de' viaggi, e delle operazioni di S. Atanasio. Non approva il P. Manſi la opinione del Tillemont, e del Pagi, i quali ſoſtengono, che avanti l'anno 341 non ſi poſſa in conto veruno fiſſare nè la venuta di S. Atanasio a Roma, nè la partenza di lui dalla Città di Aleſſandria. Perciocchè non potendoſi ricavare altro dalla Epiſtola di quel Santo Veſcovo agli Ortodoſſi, ſennonchè egli era ne' giorni paſquali in Aleſſandria, e potendoſi ciò intendere de' giorni paſquali dell'anno 340, in queſto l'autore ſi ferma, coſtretto a così ſtabilire dall'autorità dell' Anonimo Maffejano, e di Teodoreto, una de' quali ſoſtiene eſſere ſtato S. Atanasio eſule dalla ſua Chieſa ſei anni, e altrettanti meſi, e l' altro, che devaſtata foſſe per lo ſpazio di ſei anni da Gregorio la Chieſa medeſima; mentre ſe l'anno 341 partì il S. Veſcovo d' Aleſſandria, non ſei, ma cinque anni non terminati ſarebbe ſtato eſule dalla ſua Chieſa, la quale ſarebbe ſtata eziandio per cinque anni non compiti da Gregorio falſo Veſcovo devaſtata.

Noi però diciamo, che quantunque non coſti dalla Epiſtola citata di S. Atanasio, ſe l'anno 341, ovvero ſe l'anno 340, egli partì d' Aleſſandria, coſta nondimeno da altri documenti, i quali ſenza dubbio (1) debbono eſſere

---

recidunt atque ea, quae dicta ſunt in extremo articulo ſuperiore.

(1) Vide *Epiſt.* 1. ubi de Anonymo multa diſſeruntur.

essere antepoſti all' Anonimo Maffejano, che l'anno 341 seguì (1), e la venuta di Gregorio in Aleſſandria, e la partenza di S. Atanaſio da quella iſteſſa Città. In fatti S. Atanaſio nel libro *De Synodis* riferiſce, che il Concilio Antiocheno fu celebrato eſſendo Conſoli Marcellino, e Probino, cioè l'anno 341. Socrate, e Sozomeno diſtintamente raccontano, che da queſto Concilio fu Gregorio Cappadoce intruſo in quel Veſcovato. Egli è adunque manifeſto, seguendo l'autorità di sì illuſtri Scrittori, che l'anno 341 e occupò Gregorio la Sede Aleſſandrina, e fuggì da quella Chieſa S. Atanaſio.

Il noſtro Autore però non può acconſentire a Sozomeno, poichè gli pare, che queſto Iſtorico ſia contrario al Santo medeſimo. *Repugnare Sozomeno videtur &c.* (2) Non vogliamo per altro noi entrare a inveſtigare ſe il paſſo addotto dall' autore, come eſtratto dalla Epiſtola di S. Atanaſio agli *Ortodoſſi* ſia ſincero, o veramente no 'l ſia. Certo è, che avendolo noi ricercato (3) nella Epiſtola medeſi-

(1) Nobis nonmagis placet Manſii opinio, quam ante. Nam cenſemus veriſimilius eſſe in an CCCXLII, quam in CCCXLI, multoque proinde minus in an. CCCXL adveniſſe Gregorium Alexandriam. Vide *Epiſt.* III. *pag.* 196. *ſeqq.* & *pag.* 220.

(2) Vide integrum Manſii locum ſupra *Epiſt.* III. *pag.* 199.

(3) Conſule *Epiſt.* III. *pag.* 197. *ſeqq.*

desima della Edizione del Montfaucon, non l'abbiamo ritrovato. Ecco ciò, che ivi si legge (*Epist. Encycl. ad Episc. T.* 1. *Opp. pag.* 112.) *Praefectus Aegypti &c.* (1). Soggiunge poi il Santo, che Gregorio era stato mandato dagli Eusebiani: *Arianis ab Eusebio sociisque ejus missum*. Or Eusebio, e quegli Ariani suoi Compagni erano Vescovi, quantunque separati dalla Cattolica Chiesa. Egli è falso pertanto, che S. Atanasio neghi essere stato da' Sacerdoti eletto Gregorio, ed essendo ciò falso, sarà falso ancora, che il Santo medesimo sia contrario a Sozomeno (2). Imperciocchè se fu da' Vescovi mandato Gregorio, potè essere mandato da loro, quando erano nel Concilio adunati, come rapporta Sozomeno. E per verità dalla lettera di S. Atanasio, che nella Edizione del Montfaucon porta il titolo d' *Historia Arianorum ad Monachos*, evidentemente raccoglies, che gli Eusebiani dopo di avere eletto Gregorio si si portarono dall' Imperatore, che come riferisce Sozomeno, era allora in Antiochia, e supplicaronlo, che lo mandasse in Alessandria con Filagrio empio persecutore del Cattolicismo. Ma oppone il P. Mansi, ch' essendo stato eletto Gregorio contra i Canoni secon-

(1) Vide locum integrum *Epist.* 111. *pag.* 290.

(2) Hoc argumentum non est solutum a Mansio. Vide supra *Epist.* 111. *pagin.* 197. *seqq.*

ſecondo la relazione di S. Atanaſio, forza è, ch' egli non ſu eletto in un Concilio.

E noi riſpondiamo, ch' egli è veriſſimo, che S. Atanaſio nella Enciclica a' Veſcovi atteſta, che Gregorio fu contra le regole Eccleſiaſtiche dichiarato Veſcovo di Aleſſandria: ma intanto ciò egli dice, poichè coſtava, che Gregorio era Ariano, che non era chieſto dal popolo, ch' era ſtato eletto in altro paeſe, ch' era ſtato a forza pel braccio Secolare intruſo in quella Chieſa, le quali coſe tutte erano contro i Canoni, ancorchè fatte foſſere da un Concilio. *Oportuit &c.*

Leggaſi ancora S. Giulio Papa, il quale nella ſua Epiſt. I. agli Euſebiani, riprende i medeſimi Veſcovi Euſebiani, ch' erano in Antiochia, i quali contra i Canoni eleſſero in quella Città, lontana 36 Manſioni d'Aleſſandria, un uomo eſtraneo, e co' ſoldati mandaronlo a devaſtar quella Chieſa &c. Non è dunque S. Atanaſio contrario a Sozomeno, anzi ſe con attenzione ſi conſiderino le parole dell' uno, e dell' altro, e confrontanſi colla Lettera di S. Giulio Papa, apparirà chiaramente, che conformi ſono ne' Sentimenti (1).

Vegga ora il P. Manſi ſe a ragione riprenda il Tillemont per aver queſti aſſerito, che ſul principio dell' anno 341 fu quel Sinodo incominciato (2), perciocchè ne' giorni

(1) Vide *Epiſt.* 111. *pag.* 197. *ſeq q.*

(2) Non eo haec dixi, quo veram eſſe Til-

ni paſquali dello ſteſſo anno era Gregorio in Aleſsandria ſecondo ciò, che S. Atanaſio racconta nella Epiſtola una volta intitolata agli Ortodoſſi. Apporta un altra ragione il chiariſſimo Autore, per cui ſtudiaſi di convincere Sozomeno. In que' giorni paſquali, dice egli *pag.* 11; ne' quali Gregorio incrudeliva contro la Chieſa Aleſſandrina S. Atanaſio non era ancora partito d' Aleſſandria, dalla qual Città egli partì l' anno 340, come egli ſteſſo afferma nella ſua lettera agli *Ortodoſſi*. Chiunque conſidera le riferite parole del noſtro Autore, ſubito ſi da a credere, che S. Atanaſio mentovi l' anno, in cui egli partì d' Aleſſandria. E pure egli è certiſſimo, che di tal coſa (1) non fa mai il Santo menzione.

Ma l' Anonimo Maffejano, aggiugne il P. Manſi, ſoſtiene, che S. Atanaſio fu eſule (2) dalla ſua Chieſa 6 anni, e altrettanti meſi, e Theodoreto rapporta, che ſei anni Gregorio incrudelì contra la Chieſa medeſima. Noi però in primo luogo dimandiamo, perchè non ſia lecito credere, che queſto luogo dell' Anonimo ſia uno di quelli, de' quali

---

Tillemontii opinionem, ſed quo non eſſe recte a Manſio impugnatam putarem. Vide *Epiſtol.* III. *pag.* 207. *ſeqq.*

(1) Hanc obſervationem ſilentio Manſius praetermiſit: id vero an conſulto factum ab illo ſit, ipſe viderit.

(2) Hoc genus diſcriminis eſt etiam a Manſio ſilentio praetermiſſum, quaſi a me numquam obſervatum fuiſſet.

quali dice il chiariſſimo Autore : *Reliqua hujus Chronologi Maffejani cum foede depravata ſint &c?* E veramente egli è faciliſſimo, che ne' numeri prendano degli abbagli i copiatori, come da' Codici di Giuſeppe, e del Cronico di Euſebio, e di altre Opere degli Antichi ſi può evidentemente conoſcere, eſſendo eglino bene ſpeſſo ſcorretti particolarmente intorno a ciò, che i numeri degli anni, e de' meſi riguarda. La qual coſa potremmo ancora dire de' Codici di Theodoreto. Ma diamo, che l' Anonimo non ſia a noi favorevole, che può egli fare contra l' autorità di Socrate, e di Sozomeno, i quali non nelle note, e nei numeri, ma nel filo della Storia, e ne' racconti errerebbero (1), ſe sbagliaſsero intorno a ciò, che riferiſcono della elezione di Gregorio fatta nel Sinodo Antiocheno?

Inoltre Theodoreto nel luogo medeſimo prende un ſolenniſſimo abbaglio, mentre contra l' autorità di S. Atanaſio (2), pretende,

(1) Hoc non refellit Manſius.

(2) Non meminit hujus meae animadverſionis Manſius, quae tanti ponderis ſaltem erat, quanti eae ſunt, quibus ille eſt uſus, ut Socratis, atque Sozomeni rejiceret auctoritatem. Immo vero redarguit injuria me, quaſi Theodorito ſine ratione negarim fidem. Sed haec de Theodorito dicta ſuerunt, ut ſi nobis adverſarius eſſet, quanti eſſet illius teſtimonium faciendum cognoſceretur. Ceterum ille nobis non modo

de, che il Santo era prima partito per Roma, che Gregorio foſse dagli Euſebiani mandato in Aleſsandria. Che ſe in una coſa di tanto peſo errò Theodoreto, moſtrò certamente di non eſserſi ſervito di buoni fonti, onde non è maraviglia, che abbia errato nel numerare gli anni della tirannide di Gregorio.

Segue dalle oſservazioni finora fatte, che ſe S. Atanaſio partì d' Aleſsandria dopo i giorni Paſquali dell' anno 341, come abbiamo provato, e nell' Ottobre dell' anno ſeguente fu per lui celebrato il Concilio Romano; l' Epoca di queſto Concilio debba eſser fiſsata l' anno 342, e perciò non ſia vera la opinione del P. Manſi, che dice, che *Romana Synodus in exitum anni* 341 *revocanda ſit* (3).

Paſsa il dottiſsimo Autore a parlare della profeſſione di fede, che falſamente, come approvata dal Concilio Antiocheno, fu da Narciſso, e da' Mari Ariani a Coſtante Imperatore preſentata. Soſtiene egli pertanto, che ciò ſia ſeguito prima, che terminaſse l' anno 341. Soggiugne poi, ch' egli ha voluto far menzione di queſto avvenimento per iſtabilire un Epoca certa del ſecondo Con-

---

do non adverſatur, ſed etiam favet. Vide *Epiſt.* III. *pag.* 221. *ſeq.*

(2) Juxta atque Tillemontii Syſtema poſtulat.

(3) Vide quae de hac Synodo diximus *Epiſt.* III. *pag.* 225.

Concilio Antiocheno. Ma per istabilire questa Epoca certa, bisognava prima con efficaci ragioni provare, che non terminato l'anno 341 Mari, e Narciso abbiano presentato quel Simbolo a Costante. Egli per altro senza addurne niun documento, niuna ragione, anzi niuna congettura definisce, che l'anno 344 prima del Concilio Sardicense, fu adunato il secondo Sinodo Antiocheno. Or vediamo se questo suo fondamento sussista. Diciamo noi pertanto, che non costa se l'anno 341 avvenisse il fatto di Mari, e di Narciso. Se pretende il P. Mansi, che costi, e che perciò possa essere fondamento sicuro per fissare un *Epoca certa*, è obbligato a provarlo. Egli però non lo prova, e non provandolo, fa d'uopo, che confessi, che non sia certa secondo lui l'Epoca del secondo Concilio di Antiochia. Diamogli nulladimeno, che sia vera la sua Cronologia intorno alla legazione di Mari, e di Narciso, come potrà indi conchiudere, che qualche tempo prima del Concilio Sardicense, ch' egli pretende celebrato l'anno 344, adunato si fosse il secondo Concilio Antiocheno? S. Atanasio, dice egli, nel suo libro *de Synodis* narra, che tre anni dopo questa tale legazione fu tenuto quell'Antiocheno Concilio. Se tre anni dopo, dunque ripigliamo noi, verso la fine dell'anno 344; poichè la legazione non potè succedere, che verso la fine del 341, come concede il P. Mansi. Or se dalla fine dell'anno 341 si numerino anni 3, forza è che si venga alla fine dell'anno 344, che se ciò è vero sarà eziandio necessario, che il nostro autore ammetta, essere stato tenuto nello

nello ſteſso tempo, e non dopo l'Antiocheno il Sinodo Sardicenſe; mentre anche queſto, ſe ſi crede al P. Manſi, dovette eſsere al più verſo la fine dell' anno medeſimo celebrato.

Oppone, che forſe i tre anni mentovati da S. Atanaſio non erano compiti. Ma queſto *forſe* non baſta per fiſſare un' Epoca *certa*. Inoltre come prova egli, che non erano terminati i tre ſopradetti anni? Non ha certamente verun motivo di ciò ſtabilire. E ſe non l'ha, in qual guiſa potrà mai quella legazione eſſere il fondamento, ſopra cui ſi poſſa ſtabilire con certezza una tal Epoca?

Sono alcuni, dice poco avanti, che non dalla legazione di Narciſſo, ma dal tempo del primo Concilio adunato per la Dedicazione in Antiochia, pretendano doverſi prendere il principio di quel triennio, a' quali confeſſa, ch'egli acconſentirebbe; ſe *forſe* non gli pareſſe più ragionevole l'appigliarſi al ſentimento del Pagi, che non foſſe compito il ſuddetto triennio.

E queſto è il modo di fiſſare l'Epoca *certa* del Concilio Antiocheno (1)? Nè deeſi tralaſciare da noi di oſſervare, che il P. Manſi è ſtato mal ſervito dallo Stampatore, mentre non avendo egli uſate, che due, o tre parole greche in tutta la Diſſertazione, coſtui gliene ha malmenata la prima (2), e in vece di ſtampa-

(1) Vide ſupra *Epiſt.* IV. *pag.* 273. *ſeqq.*
(2) Vide *Epiſt.* II. *pag.* 167. *ſeqq.*

re *formulam μακρόστιχον* in accusativo, e colla lettera χ, gli ha fatto dire un Solleciſmo, congiugnendo insieme un Accusativo con un Nominativo in questa guisa: *formulam μακροστιχος*, ponendovi inoltre invece del χ la lettera x contra ogni regola di Ortografia. Ma passiamo avanti.

Gli Ariani, soggiugne il chiarissimo Autore, composero una lunga formula, *μακρόστιχον*, e la mandarono in Occidente, affinchè ella fosse approvata. Essendo giunti i loro Legati a Milano, ottennero che fosse ivi adunato un Sinodo, a cui esposero la cagione della loro venuta. I Padri, a quali premeva lo stabilimento, e la propagazione della Fede Nicena, riprovarono la nuova formula, onde gli Ariani dovettero senza avere nulla conchiuso, partir dal Concilio. Fin quì va bene. Ma non vanno già così le cose, che seguono. S. Atanasio, soggiugne l'Autore, nella sua Apologia scrivendo a Costanzo, conferma, che questo Concilio di Milano, fu tenuto l'anno 344. Sentiamone la riprova. Scrive, dice egli, S. Atanasio, che quattro anni dopo la sua venuta in Roma, si portò a Milano, dove trovò certi Vescovi. E bene? *Nempe, ut arbitror*, aggiugne il P. Mansi, *ad Concilium coeuntes*. Dunque perche trovò ivi alcuni Vescovi, perciò si celebrava il Concilio? E con questa autorità si conferma, che questo era quel tal Concilio di Milano? Quando noi lessimo le parole antecedenti: *Porro Concilium hoc Mediolanense anno 344 celebratum fuisse confirmat S. Athanasius*, pensammo certamente,

te ; che l' Autore aveſſe trovato un nuovo paſſo deciſivo nell' Apologia di quel Santo Padre : ma poi abbiamo veduto, ch' era quello ſteſſo, che aveamo noi letto più volte, ſenza, che ci veniſſe in penſiero, farſi ivi per certo menzione del Concilio di Milano. Confeſſiamo per altro, che può eſſere, che S. Atanaſio parli di un Sinodo, ma non ſegue, che quel tal Sinodo ſia ſtato celebrato l' anno 344. Noi abbiamo di già provato, che S. Atanaſio venne a Roma l'anno 341. Se a queſto ſi aggiungano altri quattro, perverremo all' an. 345 (1), in cui noi crediamo, che ſia ſtato adunato il Concilio di Milano, di cui ragioniamo.

Rimoſſo dal ſuo luogo il Sinodo Sardicenſe, non ha potuto fare a meno il P. Manſi, che ſconvolgere la Cronologia di altri Sinodi celebrati poco dopo il Sardicenſe. Per la qual coſa ſoſtiene, che il Filippopolitano tenuto foſſe dagli Ariani, o verſo la fine dell'anno 344, o verſo il principio dell' anno 345 (2).

(1) Longe nunc mihi veriſimilius videtur Mediolanenſe hoc Concilium an. 346 fuiſſe habitum. Vide *Epiſt.* 111. *pag.* 224. *ſeqq.*

(2) Quae ſequuntur in Diario de Synodo Carthaginienſi, deque Colonienſi, ea ſunt praetermiſſa, quod neque confirmata a nobis eſſent, neque eſſet ulla eorum a Manſio facta mentio in Apologia. Vide tamen Epiſt. IV. *pag.* 280. *ſeqq.* & *pag.* 258. *ſeqq.*

Num. II.

APOLOGIA
JOH. D. MANSI
Congr. Matris Dei Lucenſis.

§. I.

Uicunque lucubrationem aliquam ſcriptione ſua refutandam ſuſcipiunt, illud muneris eſſe ſui arbitrantur omnes, ut in ipſo ſtatim operis exordio, ſe, non conſilio aliquo malo, ſed uno putoque veritatis amore perſuaſos, invitos licet (1) reluctanteſque, calamum arripuiſſe profiteantur. Hanc tibi quoque fuiſſe mentem, cum meditationes tuas in diſſertationem meam chartis tradere aggreſſus es, magna verborum aſſeveratione (2) affirmas: eademque mihi pariter in veritatem ſtat menti fixa perſuaſio, cum ſcriptum hoc tuum diſcutiendum aſſumo.

§. II. Eſt igitur utrique veritatis amor idem; quamvis haud ita mihi ac tibi veritas placet. Tu enim veritatem diligis armatam & mordaceni; me

(1) Ego ne invitus, ut ſcriberem?
(2) Ubinam id affirmavi?

me inermis (1) & innocens delectat. Ita soleo cum amicis agere, comiter scilicet & pacate. Cum amico igitur amice expostulo de accusatione in me praepostere intentata, quasi scilicet Theologiae morum studium, grave, inprimis & necessarium, traduxerim.

§. III. Ita verba quaedam mea in epistola, dissertationi praefixa, subobscura (2) licet & ambigua, in partem deteriorem interpretaris. Ignosce mihi, *Davum* (3) te credo, non *Oedipum*. Egone studio illi detraxerim, cui jam inde a juvene me totum addixisse ex te audio?

§. IV. *Permolestos* ego quidem & *vocales* appellavi homines, non eos profecto qui in ethica christiana tradenda operam (4) suam mo-

(1) Hoc lector consideret *inermis* ne ea dicendi ratio sit, qua quis adversarios suos *leves, vocales, publicaeque pacis perturbatores* appellat, ita ut Mansius facit in *Epist. Dedic. praefixa Dissertationi de Epochis*.

(2) Ita se excusat saepe Mansius, ut *subobscure* se fuisse loquutum dicat, quo effugere reprehensionem possit.

(3) Est item haec, Mansio Judice, veritas *inermis*. Scilicet non est, haec eadem *veritas armata*, *illum qui* contra te scripserit, appellare *Davum*.

(4) Eos profecto vocales &c. appellavit, velit, nolit; qui operam suam utilem in Ethicis collocant. Quae ego dixi de impugnatis a Mansio doctis viris, & contemta disciplina morum, ea dicta sunt & vere, & recte. Id ego ostendam perspicue, si perget laedere. Nunc omittatur.

modeſtam & utilem collocant; ſed eos tantummodo qui eo in ſtudio rixari potius vel tempus inaniter terere amant. Laudo illos ſi primo modeſte ſcripſerint; fero, ſi ex adverſo reſcripſerint moderate. Cum vero iterum iterumque clavum eundem jam fixum tundunt, aſpere praeſertim & dure, moleſtum id judico & inofficioſum.

§. V. Et vero tolerandum id utique mali fuerit minus inique, ſi in repetitis illis ſcriptionibus novi aliquid nec ante vulgatum (1) prompſerint; nunc vero eadem ſemper obſonia novis tantummodo iiſdemque ingratiſſimis injuriarum ſalſamentis (2) condita nauſeantibus offerunt. Hanc ne tu dixeris homine docto dignam occupationem?

§. VI. Joannes Clericus vir, cujus ſi theologica dempſeris, judicium eſt acre, & ſubactum, genus iſtud Theologorum exagitandum ſuſcipiens in diſſertatione ſua: *an ſemper reſpondendum ſit calumniis Theologorum*, adductis exemplis demonſtrat, eriſtica haec ſcripta *non prodeſſe authori*; *non aliis*, *ac praeſertim poſteris*: *Deo ſemper non eſſe grata*, *ut nec contentioſum animum*. Haec ille; id ego cum ipſo: *Cleric. art. critic. tom. 3. pagin. 297. Edit. Amſtelod. 1730.*

§. VII.

---

(1) Videant Docti viri num novi aliquid invehere quiſquam ſine erroris ſuſpicione in Theologiam poſſit.

(2) *Salſamenta* haec placent Manſio, ſi macerata ab ipſo ſint: ſin ab aliis, non placent.

§. VII. Neminem vero nomine compello, neminem designo. Vide, sodes, ne si forte certum aliquem virum caecis ictibus me ferire judicaveris, teneant te amici eum infelicem (1) conjectorem, qui modo me reprehendendo ab illis argueris.

§. VIII. Atque ita demum in ipso statim scribendi exordio jussionibus tuis obtemperandum mihi successit; tuis, inquam, jussionibus, quibus mentem meam, subobscure (2) indicatam, in apertam lucem ut producerem, mandasti. Utinam & in caeteris eadem observantia parere tibi daretur. Sed quae te veritas ad scribendum impulit, eadem me cogit, ut ex adverso rescribam. Videamus, quis nubem pro Junone.

§. IX. Antequam vero rem cominus tecum aggrediar, conveniat inter nos oportet de genere demonstrationis, qua in rebus hisce obscuris, & intricatis uti necesse sit. Facile mecum consensurum te credo, nullis aliis instrumentis, machinisque (3) aliis ex alto puteo, in quo jacet demersa, veritatem erui posse, quam conjecturis; ut in ea parte, in qua conjecturae suppetunt validiores, ibi stare veritas credatur; inde vero abesse, ubi conjecturae vel nullae sunt, vel minores. Id mihi sumo certum de-

(1) Scire aveo quinam hi sint, qui me ut infelicem conjectorem redarguant.

(2) En tibi rursum *subobscure*.

(3) Mechanice!

monſtratumque. Nunc de reliqua ſcriptione tua, & mea amice tractemus (1).

§.X. De Epocha Concilii Sardicenſis potiſſimum, & praecipuum diſſidium eſt inter nos, unde reliqua proveniunt hiſtoriae, & chronologiae Eccleſiaſticae diſcrimina. Hanc tu cum reliquis hucuſque Chronologis, Socrate, & Sozomeno conciliantibus, cum anno 347 componis.

§.XI. Ego primus (2) inter Chronologos noſtrates in annum 344 retraho. Et vero, ſi Anonymi a Maffejo producti fides conſiterit, (3) mihi lis adjudicanda eſset; cum enim Sanctus Athanaſius integro ut minus biennio poſt exactum Sardicenſe Concilium reditum ſuum Alexandriam diſtulerit, ut ego in Diſſertatione mea probavi, nec tu ipſe repugnas, eoque pervenerit an. 346 (4) ex fide ejuſdem Anonymi, conſequatur neceſse eſt, ut Sardicenſe Concilium ex anno 347 ad 344 retrahatur.

§.XII. Huic tu opponis, Maffejanum illum Anonymum (ita enim appello ſimili exemplo

---

(1) Ita ne vero? Amice ne mecum agat is, qui me Davum, & infelicem conjectorem vocat?

(2) Nunc primum audio eſſe Manſium inter noſtrates Chronologos numerandum. Nam a nemine ante audiveram.

(3) De Anonymi auctoritate, conſule Epiſtol. 1. per totum.

(4) Vide Epiſt. 1. *pag. 23. ſeqq.*

plo (1), ac olim annales a Lambecio vulgatos, Lambecianos inſcribere Chronologis placuit) tantae utiquae antiquitatis non eſſe, quantam praefert.

§. XIII. Ac primo quidem me traducis, ejus vetuſtatem inde deducentem, quod Alexandrinis menſium nominibus utatur. At (2), rogote vir doctiſſime, ſerio ne loqueris, vel ex joco? Ponderata ne prius ſcriptione mea, vel fugienti oculo & averſa mente decurſa? Haec ego ſcripſi: *Menſium anni nomina Alexandrina ſemper uſurpat, quod Alexandrino ſcriptori ita peculiare eſſe poteſt, ut alteri plane non congruat.* Ex Alexandrinis menſium nominibus non antiquitatem ego quidem, ſed patriam ſcriptoris deduxi.

§. VIV. Ais chronicon Paſchale Alexandrina menſium nomina adhibere, nec Alexandrinum authorem referre. Unde noſti vir (3) docte? Prome anecdotum hoc reconditum, & plane ignotum eruditis. Profecto quod Paſchale chronicon appellas, id aliis Alexandrinum dicitur, unde de Alexandrino ſcriptore conjectura. Antiquitatem ego vero aliis longe argumentis adductis probavi.

§. XV.

---

(1) Vide ſupra *pag.* 8. *ſeqq.*

(2) Non ego ſic dixi, quo diſertis verbis id eſſe abs te conſtitutum putarem; ſed quo, niſi id voluiſſes, ex eo quod Anonymus menſium nomina Alexandrina uſurpaſſet, deducere, nihil te agere poſſe perſpicerem. At eras tu *ſubobſcure* loquutus.

(3) Vide *Epiſt.* II. *pag.* 153.

§. XV. Quod ſcilicet cum ipſo S. Athanaſio (1), de ſe plura ſcribente, nunquam non cohaereat, & ne in minimo quidem diſcrepet. Quod Anonymi hujus Chronologia cum Chronotaxi ab ipſo Athanaſio digeſta vel ad dieculam conveniat. Conſenſionem hanc miram tu pariter appellas; & quamquam id ſit ironice a te dictum, mira tamen Chronologis doctiſſimis re ipſa videri debet, ac demonſtrandi vim habet quo ad ſcriptoris vetuſtatem ipſi plane S. Athanaſio ſupparem. Periculum rei volo facias in ſcriptoribus rerum Athanaſianarum (2), qui tamen aliquot poſt illum ſaeculis ſcripſerunt. Quot anachroniſmis, Deus bone, obvolvuntur!

§. XVI. Sozomenum, tuum illum ſcriptorem divinum, ita implicatum eſſe in (3) rebus Athanaſii, ut a diligenti rerum earum ſcriptore penitus deſerendus ſit, docuit Tillemontius, cujus verba inferius recitabo.

§. XVII. Cedrenus ſaeculi XI. (4) ſcriptor eſt Graecus; hunc ſi audias, anno IX. Conſtantii Gregorius Alexandrinus invaſor ab Arianis peremptus occubuit, cui Georgius ſubſtituitur Imperatoris juſſu. Anno Conſtantii XV. Athanaſius in Britanniam deportatur, ejuſque

(1) Conſule *Epiſt.* 1. *pag.* 22. *ſeqq.*

(2) Conſule *Epiſt.* 1. *pag.* 22. *ſeqq.*

(3) Non nego in nonnullis. Sed in conſulum notis indicandis erravit ne obſecro? Hoc erat a Manſio oſtendendum. Vide *Epiſt.* IV. *pag.* 288. *ſeqq.*

(4) Vide *Epiſt.* II. *pag.* 161. *ſeqq.*

que loco Felix Alexandriae ſufficitur. Quot verba, tot menda in hiſtoria, & chronologia. Gregorius naturali (1) morte, non violenta deceſſit. Anno Conſtantii XV. Chriſti 351. Athanaſius Alexandriae agebat quietus; nullus ad id uſque Georgius ab Arianis datus Alexandrinis praeerat; nullum denique Felicem cathedram ſuam occupantem Athanaſius tulit unquam. Uſque adeo lutulenta fluit hiſtoria Eccleſiaſtica, cum aliquanto remotius ab ipſo ſuo fonte hauritur. Si ergo purior ab Anonymo noſtro ſufficitur, quid inde conſequatur intelligis.

§. XVIII. Ais me, velut Deo e machina accerſito, conſenſum hunc chronologicum effingere, Alexandrinos menſes ad dies xxx. definiendo. Ego ne ſolus, an Chronologi (2) vul-

(1) Conſule, *Epiſt.* 111. *pag.* 191. *ſeqq.*

(2) Ubinam ego hoc dixi? An quod tritum omnium ſermone eſt, tricenarios fuiſſe Alexandrinorum menſes, id ego negare auderem? Hoc dixi nolle me eo genere controverſiae implicare, quaerereque, rectene collecta eſſet ab Anonymo ſumma menſium, & annorum, ſi habeatur ratio menſium Alexandrinorum? Nunc quia me laceſſit: ſic ajo, recte eam ſe habere, ſi menſium Romanorum habeatur ratio; ſi contra Alexandrinorum, non item. Nam ea ſumma ſic habet ab an. CCCXLVI menſis Octobris die 21. ad diem 9. Februarii anni CCCLVI fluxiſſe an. IX. m. III. d. XIX. Nam a 21. Oct. an. 346. ad 21. Oct. 355. anni ſunt noſtra com-

vulgo omnes? Cedo mihi verba Cl. Beveregii in Inſtitution Chron. lib. I. cap. X. *Omnes menſes* (Aegyptiaci) *ſunt τριακονθημέροι ſive tricentarii* (Graecam (1) vocem quam emendatiſſimam excudendam curavi, ne operam tuam deinceps in typorum correctione Theologus locares). Illud inſuper animadverſione in rem noſtram dignum cenſeo, quod nonnulla occurrant ab antiquiſſimis ſcriptoribus vel perperam tradita, vel non ſatis diligenter definita, quae noſtra demum aetate Critici peritiores, qua valent arte abſtruſa penetrandi, in meliorem lucem traxerunt; haec Anonymus

---

computandi ratione novem. A 21. Oct. an. 355. ad 21. Januar. an. 356. menſes ſunt noſtro more, tres. Vigeſimae autem primae diei Januarii dies XIX ſi adiunxeris, incides in IX. Februarii. At ſi menſes Alexandrini, qui tricenarii erant, conſiderentur; a 21. Octob. an. 355. ad IX Februarii an. 356. menſes 3. dieſque XXII. fluxerint neceſſe eſt. De annis nihil dico, nam fixi Aegyptiorum tot dies, quot ſolares noſtri, continebant. Interea hoc es conſequutus, ut quod tunc ſilentio praetermiſi, ut tibi conſulerem, nunc in lucem protulerim. Neque vero quia ſumma annorum, & menſium, quam Anonymus collegit, nihil vitii continet, ſi habeatur ratio menſium Romanorum, idcirco vera Anonymus praedicat. Nam errat ille quidem, ſi pugnet cum Athanaſio; pugnat autem, ut *Epiſt.* I. *pag.* 23. *ſeqq.* & *Epiſt.* III. §. 2. oſtenſum eſt.

(1) Vide *Epiſt.* II. *pag.* 167. *ſeqq.*

mus noſter (1) quaſi comperta, & ſub oculis ſuis geſta egregie definivit, ac explicavit. Pagius (2) obitum S. Athanaſii in annum 373. referri oportere ex conjectura tantum, repugnantibus licet Socrate, & Sozomeno, aſſequutus eſt; eundem annum S. Praeſulis emortualem Anonymus noſter ſignat. Quis etiam niſi comperta ſcribens, nomen certum loci noſſet, quo S. Athanaſius Juliani edicto iterum e ſede ſua pulſus aufugit? Hunc vero *Thereu* (3) nullo veterum docente, Anonymus noſter appellat. S. Athanaſius anno 353. legationem pro ſe ad Conſtantium Imperatorem Mediolanum miſit: hanc geſſerunt Epiſcopi; unius tantum ex illis nomen exprimit Sozomenus lib. 4. c. 9. ſed Epiſcopos quinque tunc miſſos (4), quorum ſingulorum nomina diligenter exprimit, uno per incuriam omiſſo: Anonymus noſter affirmat, a nullo veterum, niſi ab explorata per ſe veritate edoctus. Contra tam multa ſinceritatis argumenta, fruſtra, & inaniter, vir doctiſſime, aetatis ambiguitatem Anonymo illi affingis (5).

§. XIX. Eſto vero, genuinus ille ſit, ais. Sed & in pluribus corruptus eſt, & interdum impeditiſſimam, ut ego pariter in diſſertatione

(1) Vide *Epiſt.* 1. *pag.* 23. *ſeqq.*

(2) Vide *Epiſt.* 1. *pag.* 231. & *Epiſt.* 4. *pag.* 288. *not.* 4.

(3) *Epiſt. pag.* 88.

(4) Vide *Epiſt.* 1. *pag.* 60. *ſeqq.*

(5) Concedam, niſi vera ſint, quae ſcripſi *Epiſt.* 1. *per tot.*

ne mea agnovi, habet chronologiam. Fateor ego quidem ingenue; ſed nunquid quod identidem (1) vitium ſentit vetuſtatis, ideo ubique mendoſus judicandus eſt? Pagius, vir inter chronologos aetatis noſtrae ſummus, Theophanis chronologiam interduni labaſcere agnoſcit; numquid propterea ea non utitur feliciter ad chronologiam eccleſiaſticam reſtituendam in iis ſaltem, in quibus errati ſuſpicio nulla ſuccurrit? In noſtro Chronologo, ubi forte mendum (2) cubat, errati hujus apertiſſima praebentur indicia, ut cum annorum ſummae variae inter ſe non conſtant; id plane argumentum eſt vitii in annorum numeris. Cum vero ſummae annorum inter ſe cohaerent, cur lectio ſollicitetur, nihil eſt. Sunt etiam nonnulla (3), quae cum hiſtoria a vetuſtiſsimis ſcriptoribus aeque omnibus tradita pugnant; in his rectiſsima eſt mendi ſuſpicio (4).

§. XX. Id ego adnotavi in conſulatu (5) Hypatii & Catullini, quod conſulum par toti antiquitati ignotiſsimum eſt. Quaenam fuerit errati hujus cauſa probabilis, in diſſertatione indicavi. Mendoſus eſt plane conſulatus ille, tota-

(1) Conſule *Epiſt.* 1. *pag.* 107. *ſeqq.*

(2) Conſule *Epiſt.* 1. *pag.* 108. *ſeqq.*

(3) Quid nonnulla? Fere omnia ſunt hujuſmodi, mihi crede. Lege *Epiſt.* 1. *pag.* 23. *ſeqq.*

(4) *Suſpicio*, iuquit. Scilicet ſcelus eſſet, ſi diceret Anonymum in manifeſto errore verſari.

(5) Quam recte notaverit, vide *Epiſt.* 1. *pag.* 41. *ſeqq.*

totaque dein conſequens hiſtoria confuſa eſt, & indigeſta. Quam confuſionem ipſi primigenio authori facile tribuerim; quotus enim quiſque eſt, qui, cum peregrina tradat, interdum non erret? Alexandrinus (1) ſcriptor, quae Alexandriae accidebant, habebat explorata; quae alibi, forte non ita. Labanti igitur ex aliorum ſcriptorum authoritate ſuccurrendum eſt.

§. XXI. Teneo te, inquis; ergo & in retrahenda Concilii Sardicenſis epocha in annum 344. deferendus eſt Anonymi Maffejani ductus, quippe qui ab aliis hiſtoricis vetuſtiſsimis, Socrate nempe, & Sozomeno aberrat. Darem equidem argumentationi tuae manus victas, ſi non aeque alii aequalis aetatis ſcriptores ab utroque illo diſcederent, & Anonymo noſtro accederent. Concilium anno 347. congruere nequaquam poſſe demonſtrant, praeter Anonymum Maſſejanum, S. Hieronymus in chronico (2) vetus inſcripto Concilii in codice Surii (3), & Harduini (4), acta Concilii Colonienſis (5), & Theodoretus (6), quos in diſſertatione mea adduxi: reipſa vero cum anno illo componunt Socrates & Sozo-

(1) At in Alexandrinis rebus narrandis ſaepe, & turpiter labitur, ut etiam in aliis. Conſule *Epiſt.* I.

(2) Vide *Epiſt.* III. *pag.* 263. *ſeqq.*

(3) Vide *Epiſt.* IV. *pag.* 286. *ſqqq.*

(4) Conſule *Epiſt. eamd. ibid.*

(5) Vide *eamd. Epiſt.* IV. *pag.* 288. *ſeqq.*

(6) Vide *Epiſt.* 3. *pag.* 221. *ſeqq.* §. XXII.

Sozomenus. Utri parti (1) fides addicenda eſt? numquid duo ſupra quinque praevaleant? quid ajo duo? unum dixerim, nam Sozomenum e Socrate, ſeu e converſo accepiſſe cum omnes aſſerunt, tum res ipſa loquitur, utrinque verbis ipſis recurrentibus. Quandoquidem ergo in eam neceſsitatem redigimur, ut mendum cubaſſe apud alterutram partem agnoſcamus; nonne pronius eſt, mendoſum unum judicare prae quinque?

§. XXII. Vide, Sodes, uter noſtrum (2) melius argumentetur. Ego ſic: Sardicenſe Concilium anno 344. vel 345. convenit, ut ex Anonymo Maffejano, veteri Concilii inſcriptione, S. Hieronymo in chronico, Theodoreto, & Actis Concilii Agrippinenſis demonſtratur; ergo corrigendi ſunt Socrates, & Sozomenus, qui annum 347. malunt. Tu ſic: Sardicenſes Patres anno 347. coiverunt, teſte Socrate, & Sozomeno; ergo vitiata eſt lectio Theodoreti, S. Hieronymi, veteris Concilii inſcriptionis, Anonymi Maffejani, & Actorum Concilii Agrippinenſis. Papae Dialecticam ratiocinationem (3)!

§. XXIII. Quid pro te reponas haud ignoro. Vetus Concilii inſcriptio, ais, aeram mendoſam ſignat, S. Hieronymus in Chronico & Theodoretus non ſemel labuntur in erro-

(1) Vide *Epiſt.* I. *pag.* 23. *ſeqq.* & *Epiſt.* 3. *pag.* 179. *ſeqq.* & *pag.* 234. *ſeqq.*

(2) Vide *Epiſt.* IV. *pag.* 272. *ſeqq.*

(3) Conſule *Epiſt.* IV. *pag.* 276.

errorem; horum ergo authoritas tanti facienda non eſt, ut epochae plane novae, contra Socratis & Sozomeni authoritatem ſtabiliendae ſufficiat (1). Tecum facerem, vir doctiſsime, ſi de ſingulis hiſce ſeorſum, & ab aliis ſejunctis, res eſſet. Cum vero in re praeſenti non unus vel alter, ſed quinque conveniant (2), vix a me impetrare poſſum, ut credam tam multos labantes, alioqui interdum, nec ſemper emaculatos, in uno eodemque errore ſtabiliendo convenire potuiſſe. De tota Eccleſiaſtica Hiſtoria vel unicum promas exemplum, quo ex tam multis veterum authorum corruptis textibus punctum aliquod contra hiſtoriae veritatem ſtabiliatur, & eris mihi magnus Apollo.

§. XXIV. At, rogo te, quoſnam (3) contra ſinceritatem Chronici S. Hieronymi, Theodoreti, Actorum Concilii Agrippinenſis, Anonymi Maffejani in re praeſenti tantae authoritatis, hiſtoricos opponis? Socratem, ais, & Sozomenum hiſtoricos vetuſtiſſimos, ſinceriſſimos, & fidei non indubiae, nempe Graecae (4). At de vetuſtate quidem ego non diſputo, quamvis pari cum illis gradu conſiſtunt S. Hieronymus, Teodoretus, Acta Concilii Agrippinenſis.

(1) Non ſic ego ratione utor. Vide *Epiſt.* IV. *pag.* 258. *ſeqq.*

(2) Vide *Epiſt.* I. *pag.* 93. *ſeq.*

(3) Quos habeam cognoſcere poteris ex *Epiſt.* III. §. II. *ſeqq.*

(4) Vide *Epiſt.* 2. *pag.* 16. 163. *ſeqq.*

§. XXV. De sinceritate vero habeo quid contra excipiam. Audi Cl. Tillemontium ita de Socrate pronunciantem. *Il estoit fort credule, & usoit de peu de discernement dans le choix des pieces, & des personnes sur l' autorité des quelles il fait son histoire; ce qui fait qu' elle est tres pleine de fautes, & que dans les choses les plus veritables il y mele des circonstances fabuleuses &c. Il s' est souvent laisse tromper; mais je ne croy pas qu'il se trompe volontairement. C' est, ce me semble l'idee la plus veritable, qu' on puisse avoir tant de Socrate que de Sozomene qui l' a copie en cet endroit, & en beaucoup d' autres.* Audi consona ex Godfrido Hermantio in praefat. ad vitam S. Athanasii. *Plusieurs celebres auteurs de nostre siecle, avojent deja remarquè un tres grand nombre de fautes dans l' histoire de Socrate, dont Sozomene n' a presque este que le copiste &c.*

§. XXVI. Vide quodnam sit eruditorum de tuis illis Graeculis (1) judicium, quorum fidem tanti facis, ut supra S. Hieronymum, Theodoretum, Acta Concili Agrippinensis, Anonymum Maffejanum efferas. Quorum etiam sepositio judicio, vis ne per te nosse, quantae scriptores illi fuerint in conciliari chronologia indaganda peritiae? Concilium Nicaenum I. sub S. Silvestro Papa I. convenisse, vetus est celebris, & nemini seu veterum, seu recentiorum explorata sententia: id vero unum fere dixerim Socratem latuit, apud quem

(1). Vide *Epist.* 11. *pag.* 163. *seqq.*

quem ſub Julio collocatur (1). Nemo unus eſt eruditorum, qui utrumque Graeculum non accuſet de male collocata Concilii cujuſdam Sirmienſis epocha. Quis ſub Conſulibus non ſuis aſſignatum (2) ab utroque hiſtorico S. Athanaſii obitum non fateatur? Denique P. Antonius Pagi in Critica Baronii ad annum 365. num. 2. quid ſentit de conſulari (3) chronologia a Socrate conſtituta? *Socrates dum hujuſmodi notas temporarias uſurpat, non raro in errorem labitur.* Haec, vir clariſſime, tuis meditationibus in Epocham Sardicenſis Concilii a me conſtitutam reponenda mihi ſuc-

(1) Non nego aliquando lapſos fuiſſe Socratem, ac Sozomenum, ſed hoc tibi erat oſtendendum, in conſulatibus indicandis labi illos & ſaepe, & turpiter, ut tuus Anonymus ſolet. Vide Epiſt. IV. *pag.* 288. *ſeqq.*

(2) Quid tu? An Johannem B. Solerium, Hermantium, & Papebrochium ſpernis, qui Socratis de anno Athanaſii emortuali ſequuntur ſententiam? Vide *Hiſt. Chronol. Patriarch. Alex. pag.* 40. *To.* V. *Junii*.

(3) Video quidem de notis conſulatuum agi a Pagio. Sed is non probat, quod dicit. Affert exemplum de anno Athanaſii emortuali. At eſt id etiam in controverſia poſitum. Sumere autem, quaſi conceſſum ſit, quod eſt in controverſia, id vero critici accurati eſſe negamus. Atque in eo etiam peccat, quod uno exemplo concludat, non raro in iis rebus peccare Socratem. Ac protuliſſet quidem, ſi exemplum clarius habuiſſet.

currebant; quae eadem mente a te accipi velim, qua a me ſcripta ſunt, ut ſcilicet intricatae hujus chronologiae explicandae ratio aliqua, ea facilior, quae hucuſque aſſignata eſt, ineatur.

§. XXVII. Supereſt modo ea diſquiramus, quae tu de fuga S. Athanaſii Romana contra me ſtatuiſti. Atque ego quidem in cauſa ſuperior abſcederem, ſi quidem Anonymi Maffejani ſinceritas, quam ſuperius adſtruere conatus ſum, agnoſcatur. Cum vero adverſarium te ejus infenſiſſimum profitearis, eo in praeſens ſepoſito, quibus patronis cauſam meam perorem, accipe. Gregorius poſt occupatam Alexandrinam cathedram ſexennio occubuit, teſte (1) Theodoreto; hoc vero ejus obitu cum exordio anni 346. illigato, quae mea eſt ſententia, de qua ſuperius ſatis diſputatum eſt, ſupereſt annus 340. pro ſeceſſione Romana Athanaſii ab intruſo Gregorio pulſi fugatique. En igitur alterum ſententiae meae patronum Theodoretum. Recte tu quidem admones, repugnare ſententiae huic meae Socratem, affirmantem S. Athanaſii abdicationem inter primas Concilii Antiocheni curas fuiſſe; Antiochenum vero Concilium anno 341. celebratum affirmant omnes. Oppoſui Socrati S. Athanaſium (2), qui in epiſtola ad Orthodoxos (Ita enim inſcribebatur in vetuſta editione, quae tunc erat ad manus,

(1) Vide *Epiſt.* III. *pag.* 221. *ſeqq.* & *Epiſt.* I. *pag.* 23. *ſeqq.* & *Epiſt.* III. 33. *ſeqq.*

(2) Vide *Epiſt.* I. *pag.* 296. *ſeqq.*

nus,) seu in Encyclica ad Episcopos, ut in nova Montfauconii reformatur, asserit contra Ecclesiasticam Regulam electum Gregorium in in Sede Alexandrina intrusum fuisse, quae sane verba non satis cohaerere arbitrabar cum ejus assumptione in Antiocheno Concilio dedicationis, cujus tam celebris fuit per orbem fama, ut ejus sanctiones perinde ac Orthodoxae ab Ecclesia interdum receptae fuerint. Suspiciosa proinde mihi efficiebatur ea (1) Sozomeni authoritas de electione Gregorii in eo Concilio, qua admissa, Theodoreti, & Anonymi Maffejani chronologia impediebatur. Duobus uni oppositis fidem adstruendam censui. Quid rogo monstri hoc est; quid non consonum optimae criticae legibus?

§. XXVIII. Addo nunc (2) & ipsis pariter Socrati, ac Sozomeno repugnare eam, quam statuunt, in Antiochena Synodo dedicationis Athanasii abrogationem. Nam vir sanctus Romam haud ante secessit, quam post adventum Alexandriam Gregori intrusi, quo veniente Athanasius ipse paschalibus diebus fugitabundus Alexandriae aliquando egit, ut ipse de se S. Athanasius, a me in dissertatione productus, testatur. Haec ut inter se constent, vide, quo nos deducant. Antiochenum illud Concilium convenit anno post obitum Constantini V. Marcellino, & Probino Coss. ex definitione Socratis, & Sozomeni, & S. Hieronymi, ergo post Majum anni 341,

(1) Vide *Epist.* 111. *pag.* 208.
(2) Consule *Epist.* 111. *pag.* 212. *seqq.*

indictione XIV. Primum post hoc tempus Paſcha eſt anni 342. Fieret ergo, ut non ante annum illum Athanaſius Romam aufugere potuerit. Id vero olim quidem Baronio ſuccurrit; nunc optimorum chonologorum calculis omnibus ex Socrate & Sozomeno reprobatur. Vide Tillemont. not. 42. in S. Athanaſium.

§. XXIX. Novit haec Tillemontius, nodumque hunc praeciſurus Concilii exordium cum ipſo anno 341. initio componit; atque ita demum contigiſſe cenſet, ut paſchalibus anni 341. diebus Gregorius Alexandriam inopinus ſupervenerit, Athanaſius fugitabundus latuerit. Opportune id quidem viro erudito ſuccurrit, ut Sozomenum cum Athanaſio conciliaret; at non ſatis accommode ad veritatem hiſtoriae; nam convocatos ad Concilium Epiſcopos occaſione novi Templi dedicandi tradunt hiſtorici, eamque dedicationem auguſto menſe, peractam ex vetuſtis (1)documentis Pagius demonſtrat; non ergo in anni exordio, ſed circa menſem Auguſtum Patres Antiocheni coiverunt. Convenit in eam rem chronicon S. Hieronymi, aſſentientibus ei pariter Socrate, & Sozomeno, quod Concilium anno v. Conſtantii aſſignat: coepit vero annus ille poſt medium Majum anni 341. His igitur omnibus ſimul

(1) Id ego non inficior. Sed velſem vetera haec documenta Manſius indicaſſet, quae id omnino efficiant, quod optaret. At eſt id profecto difficile.

mul collatis, illud demum reſultat (1), nihil ſatis firmi in fide Socratis, & Sozomeni ſtatui poſſe; nec temeritatis notam me juſte incurſurum, ſi verbis Tillemontii pronuntiavero. *Ainſi il vaut mieux laiſſer ce faut au nombre des fautes de ces auteurs, qui brouillent tellement toute cette hiſtoire, qu' il eſt difficile de s'y reconnoiſtre, & d'y rien fonder.* (Tillem. not. 44. in S. Athan.)

§. XXX. Negocii aliquid faceſſeret S. Julii Papae I. epiſtola ad Epiſcopos Antiochiae agentes ſcripta (2), quos arguit de injuſta S. Athanaſii exauthoratione aeque atque de non juſta Gregorii aſſumptione. In ea quidem, fateor, inauſpicatam hanc aſſumptionem illis exprobrat Pontifex; ſimul tamen admonet id praeſtitum, non a ſaniori parte, non a pluribus, ſed a paucis: *Audio paucos eſſe iſtorum malorum authores*, non ergo hoc praeſtitum in Concilio, in quo id decernitur, quod pleriſque, non vero quod paucis libet. Tota conſtat epiſtolae hujus veritas, ſi id conſtituerimus, ex Epiſcopis, qui dein Concilio dedicationis adfuerunt, quoſdam nefariae molitionis authores ſe praebuiſſe; non vero in (3) Concilio; vel ſi in Concilio, in alio

(1) An quia hi novi ſcriptores inter ſe diſſentiunt, id tandem *reſultat*, ut nihil firmi fide Socratis, ac Sozomeni ſtatuatur? Ridiculum! Vide *pag.* 213. *ſeqq. Epiſt.* III.

(2) Vide *Epiſt.* III. §. XI. *pag.* 208. *ſeqq.*

(3) In Concilio ſcilicet, invito Manſio, qui neque Scheleſtratum, neque Pagium legit, qui Pal-

alio saltem, quam in concilio dedicationis. Haec fusius differenda fuerant, ut solutio aliqua inveniatur nexus implicatissimi; qua, si arridet, utaris; si displicet, Tillemontii consilium amplectere. Abjice (1) Socratem, abjice Sozomenum, atque ita demum cum Anonymo Maffejano, & Theodoreto secessionem S. Athanasii Romam cum anno 340, Concilium Antiochenum dedicationis cum anno 341 Augusto mense cum S. Hieronymo componas.

§. XXXI. Ita semel e vetere loco in aliam Sedem (2) translato Sardicensi Concilio, id satis probationis arbitrabar fore, ut quae ex Epocha hac fixa pendebant, Antiochenum scilicet alterum Concilium, & Narcissi Marisque legatio e loco pariter suo dimoverentur, quorum illud anno 344 hanc vero anno 341 vindicavi. Ita enim rem conficiebam: Antiochenum secundum Concilium, Chronologis omnibus fatentibus, Sardicense praecessit (3), convenitque post legationem Narcissi & Maris triennio, de quo triennio S. Athanasius in libro

---

Palladii auctoritate illud Concilium coactum fuisse ostendunt. Vide supra *pag.* 213.

(1) Immo spero fore, ut Mansius *abjiciat* Anonymum Maffejanum.

(2) Quibus documentis? Nempe Anonymo Maffejano, Isidoriana Collectione, Spuriae Synodi Colonien sis auctoritate, & Annorum notis, quas, nescioquis, addidit Chronico Hieronymiano. *Dignum* nimirum patella *operculum*!

(3) Vide Epist. IV. *pag.* 273. §. VII.

bro *de Synodis*. Legationem vero illam post Concilium Antiochenum dedicationis missam, satis constat. Non ergo citius; non serius absolvi haec ipsa legatio potuit quam elabente anno 341. Ita enim locus supereſt triennio illi, quo absoluto Antiocheni patres iterum coiverunt, itemque Concilo Sardicensi anno 344 celebrando. Quoniam vero nonnullos esse comperi Chronologos triennium illud, in quo tota versatur quaestio, incoeptum non absolutum sumentes; sicut & alios novi, qui hoc ipsum triennium non a legatione, sed a Concilio Antiocheno dedicationis exordiuntur; idque postremum si admittatur, annus habitae legationis vagatur incertus, prius vero si demus chronologis illis Antiochenum II. inter annum 344 & 343. fluctuat; ideo in Epocha utraque figenda ambigendi adverbium usurpavi *forte*. Quid hic reprehensione dignum commisi? an forte, quod in re incertissima, unde triennium illud a S. Athanasio designatum repetendum sit, num a legatione Maris & Narcissi, num potius a Concilio Antiocheno dedicationis, ambigendi adverbio utendum censuerim *forte*? Debebam, si tuis moribus agere voluissem, quin potius, si tanta, quanta tua est, authoritate praestassem, asserto definire controversiam ambiguam; ita enim ut soles: *mendosus est Theodoreti* (1) *textus*; *mendosa Concilii Sardicensis*

(1) Ego nihil dixi, quod non probaverim, ut ex duobus Articulis Diario Palearianio infertis, exque Epistolis meis plane constat. Quare injuria, ne gravius dicam, me Mansius insectatur.

sit vetus inscriptio ; errat S. Hieronymus . Ita est , ne ambigas .

§. XXXII. Ad exitum propero , vir doctissime ; neque enim vacat operosius discutere , ea , de quibus in causa Mediolanensis Concilii me accusas . Arguis me , ex verbis S. Athanasii affirmantis se , cum Mediolanum venisset ad Constantium , reperisse ibi Episcopos ; me , inquam , non nisi injuria Concilium ex verbis illis extorsisse . Me ne vero tu ? qui ex verbis S. Athanasii in epist. encycl. ad Episcopos ferentibus , *Gregorium ab Eusebio , sociisque ejus missum* , argumentum traxisti , unde probares invasorem illum e Concilio mitti (1) potuisse ? Num verba illa *ab Eusebio , sociisque missum* , vim habent majorem ad Concilium exprimendum , quam haec , quibus S. Athanasius se Mediolani nactum Episcopos testatur ? Reponis : cum Gregorium missum ab Eusebianis Antiochenis lego , id mihi satis est ad fidem adstruendam Sozomeno , qui invasorem illum ab Antiocheni Concilii Patribus missum affirmat . Id ego pariter pro me regero : cum habeo Athanasium anno 344 Mediolani Episcopos reperisse ; haec mihi satis probabilis conjectura

(1) *Potuisse* dixi . Cumque Socrates , ac Sozomenus missum a Concilio fuisse dicant , hinc effeci non repugnare , ut Mansius existimarat , Socrati Athanasium . At missum fuisse , Athanasii auctoritate confici posse , numquam dixi . Contra Mansius , eo uno Athanasii testimonio , quin ullum aliud attulerit , Concilium confecit Mediolanense .

ra (1) offertur pro Concilio Mediolanenſi, quod non diu ante Concilium Sardicenſe, habitum exeunte anno 344 conveniſſe Pagius animadvertit. In re obſcura, haec non affirmans (2) quidem, ſed opinans, *ut arbitror*, conjecturas aliorum nova hac conjectura fulciens, propoſui.

Hoc, vir clariſſime, volo ex me habeas argumentum obſervantiae erga te meae; quae, niſi ſumma fuiſſet pro merito ſcientiae, & eximiae virtutis tuae, numquam id commiſiſſem, ut aliquid temporis iis quae mihi opponis diſcutiendis eluendiſque impenderem. Certum enim mihi erat, numquam ire in vadimonium cum iis, qui mihi litem aliquam literariam eſſent intentaturi. Quo ſemel munere obſequii mei perfunctus, numquam committam deinceps, ut ſi forte tu, vel alius quicunque, in ſcribendo perrexeris, novis ego ſcriptiunculis me, te, ac literatos omnes fatigem. Vale.

TABU-

(1) Ridiculum! Quid enim eſt, in hac re ſimile? Mamachius cenſet potuiſſe a Synodo Epiſcopum Gregorium mitti, quia Socrates, & Sozomenus id diſerte affirmant, nec repugnat Athanaſius; ergo licet Manſio concludere Synodum Mediolanenſem indicari ab Athanaſio, ut qui dicat Mediolani ſe, neſcio quos, Epiſcopos reperiſſe.

(2) Id ego nunc affirmans dico, fretus tamen non Athanaſii, ſed Liberii auctoritate. Epiſtol. III. *pag.* 228. *ſeq.*

TABULA CHRONOLOGICA.

Chronologia Nostra. Anno		Chronologia Mansii. Anno
CCCXLI	Concilium Antiochiae ad dedicandum templum cogitur. *Epist.* III. *pag.* 196.	
CCCXLI	Exeunte Eusebiani, qui Antiochiae, post discessionem Orthodoxorum manserunt, Conciliabulum habent, constituuntque Gregorium Cappadocem Episcopum Alexandrinorum. *Epist.* III. *pag.* 196. *seqq.*	CCCXL
CCCXLII	Eusebius Nicomediensis, qui pulso Paulo in Episcopatum Ecclesiae Constantinopolitanae invaserat, moritur. *Epist.* I. *pag.* 45. *seqq.*	
CCCXLII	Paullo ante Pascha Gregorius Cappadox Alexandriam venit, saevitque in Orthodoxos. *Epist.* III. *pag.* 212. *seqq.*	CCCXL
CCCXLII	Athanasius e patria fugit, & Romam petit non vero ut Mansius censet an. 340. *pag.* 113. *seqq.*	CCCXL
CCCXLIII	Narcissus, & Maris &c. ad Constantem Imperatorem Legati mittuntur, eique formulam fidei exhibent, quam dicunt fuisse Synodo Antiochenae probatam *pag.* 225.	CCCXLI
CCCXLIII	Synodus Romana a Julio celebratur.	CCCXLI
CCCXLIII	Julius P. M. ad Eusebianos Antiochiae agentes scribit *pag.* 218. *seq.*	CCCXLI
CCCXLV	Labente, Antiochena Synodus Arianorum formulam fidei scribit, quam	CCCXLIII

ma-

TABULA CHRONOLOGICA.

Chronologia Noſtra, Anno		Chronologia Manſii. Anno
	μακρόστιχον vocant &c. *Epiſt.* III. *pag.* 226. *ſeq.* & *Epiſt.* IV. *pag.* 280.	
CCCXLV	Athanaſius ad Conſtantem Mediolanum venit *pag.* 154. *ſeqq.*	
CCCXLV	Fervente aeſtate Conſtantius ad Singaram cum Perſis pugnat *pag.* 181. *ſeqq.*	
CCCXLVI	Synodus Mediolanenſis celebratur, reprobatque formulam μακροστιχον &c. *pag.* 228. *ſeqq.*	CCCXLIV
CCCXLVI	Libanius Baſilicon ſcribit *pag.* 186. *ſeqq.*	
CCCXLVI	Nullum hoc anno contra Euphratem, Coloniae Concilium congregatur *pag.* 258. *ſeqq.*	
CCCXLVII	Synodus Sardicenſis initio anni cogitur, non vero an. 344. *pag.* 41. *ſeqq.* *pag.* 179. *ſeqq.*	CCCXLIV
CCCXLVII	Philippopolitanum Arianorum Conciliabulum, quod etiam Sardicenſe vocant, cogitur *pag.* 280. *ſeq.*	CCCXLV
CCCXLVII	Legati Synodi Sardicenſis paſchali tempore Antiochiae verſantur *pag.* 224. *ſeqq.*	CCCXLV
CCCXLVII	Synodus Mediolanenſis contra Photinum *pag.* 281. *ſeqq.*	
CCCXLVIII	Gregorius Cappadox initio anni ab Alexandrinis interficitur *pag.* 241. *ſeq.*	CCCXLVI
CCCXLVIII	Stephanus Epiſcopus Antiochenus, qui Aria-	CCCXLVI

TABULA CHRONOLOGICA.

Chronologia Noſtra. Anno		Chronologia Manſii. Anno
	Arianam haereſim tuebatur, in Synodo Arianorum Antiochena deponitur *pag.* 282. *ſeq.*	
CCCXLVIII	Synodus Carthaginienſis a Grato celebratur *pag.* 281.	CCCXLVIII
CCCXLIX	Athanaſius Alexandriam, opera Conſtantis, revertitur *pag.* 237. *ſeq.*	CCCXLVI
CCCXLIX	Mediolanenſe Concilium recipit Urſacium & Valentem, qui reſipuerant, in communionem *pag.* 281. *ſeq.*	CCCXLVI vel CCCXLVII
CCCXLIX	Synodus Sirmienſis Petavio, & Coutantio memorata *pag.* 294. *ſeq.*	
CCCXLIX	Cadente Synodus Hieroſolymitana pro Athanaſio a Maximo Epiſcopo celebratur *pag.* 283. *ſeq.*	CCCXLVI
CCCXLIX	Vel 350. vel 351. Synodus Hieroſolymitana Maximum deponit, ejuſque loco Cyrillum conſtituit Epiſcopum Hieroſolymorum *pag.* 311. *ſeqq.*	CCCXLVII
CCCL	Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus in exilium pellitur *pag.* 55. *ſeqq.*	CCCL
CCCLI	Sirmienſe Orientalium Concilium contra Photinum *pag.* 284. *ſeqq.*	CCCLVIII
CCCLII	Concilium Orientalium *pag.* 316.	CCCLII
CCCLII	Concilium Orthodoxorum Epiſcoporum in Aegypto *ibid.*	CCCLII
CCCLII	Vel 353 Synodus Romana ſub Liberio *pag.* 316.	CCCLII

Vel

TABULA CHRONOLOGICA.

Chronologia Nostra. Anno		Chronologia Mansii. Anno
CCCLIII	Vel 354 Synodus Arelatensis, in qua Orthodoxi ab Arianis oppressi fuerunt *pag.* 317.	CCCLIV
CCCLVI	Synodus Biterrensis habetur, in qua Hilarius fidem defendit *ibid.*	CCCLV
CCCLVI	Georgius creatur Episcopus Alexandrinorum *pag.* 65.	CCCLVI
CCCLVI	Athanasius clam fugit.	CCCLVI
CCCLVI	Georgius quadragesimae tempore Alexandriam venit.	CCCLVII
CCCLVII	Melitinense Concilium Eustathium Sebastenum e Sede deturbat.	CCCLVIII
CCCLVII	Cyrillus Hierosolymitanus in Synodo Acaciana deponitur.	CCCLVII (1)
CCCLVII	Vel 358. Synodus Sirmiensis altera, cujus formulae Hosius, & Potamius subscribunt.	CCCLVIII (2)
CCCLVIII	Vel 359 Synodus Ancyrana contra formulam Sirmiensem, cui subscripserat Hosius.	CCCLIX
CCCLIX	Synodus Sirmiensis in qua formulam fidei Marcus Arethusius dictat.	CCCLIX
CCCLIX	Ariminense Concilium.	CCCLIX
	Seleucienſe Concilium.	CCCLIX

Con-

(1) Mirare constantiam Mansii in scribendo. Nam Dissert. *pag.* 38. an. 558. in Chronol. an. 357. celebratam ait Synodum Ancyranam. (2) Hanc Synodum in Dissert. celebratam fuisse an. 358. defendit Mansius.

TABULA CHRONOLOGICA.

Chronologia Noſtra. Anno		Chronologia Manſii. Anno
CCCLX	Concilium Conſtantinopolitanum. Macedonius e Sede depellitur, ejuſque loco Eudoxius ſubrogatur.	CCCLIX
CCCLX	Vel 361 vel 362 Synodus Pariſienſis.	CCCLXV vel
CCCLXI	Meletius in Synodo Antiochena initio anni Epiſcopus Antiochenus eligitur, & poſt menſem fere deponitur; cujus loco Euzojus ſubrogatur.	CCCLXVI CCCLXI

FINIS.

		ERRATA.	CORRIGE.
Pag. x	lin. 5.	prom	promptu
3	lin. 12.	pe reſtituendis	de reſtituendis
	lin. 15.	Theren	Thereu
	ibid.	in quo ſe abdiderit	in quem ſe abdiderit
7	ſeq. lin. 1.	Athanaſiorum	Athanaſianorum
14	lin. 13.	Ego	Ergo
16	lin. 4.	Eligius eas legiſſent	Eligius legiſſent
31	nu. 1.	pertranſiit. Aquileja	pertranſiit, Aquileja
38	lin. 6.	offero	effero
102	lin. 1.	Hoc	Hoe
114	lin. 21.	etiam Eudoxium	etiam, Eudoxium
158	lin. 1.	Eccleſiaſticis Scriptoribus	Eccleſiaſticis antiquis Scriptoribus
166	lin. 9.	ſaepe	ſemper
203	lin. 14.	ſi contra	ſi electus eſt, contra

Cetera, quae noſtram diligentiam fugerunt, ipſe per ſe Lector deprehendet, & corriget.



MAC 220752